HENRICI KLUUERI ADUOCATI ELECTA DE JURE CANUM VOM HUNDE-RECHT UBI PRAECIPUAE...

Heinrich Klüver, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRIS

ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO

DOMINO

Bartholdo Clementi de Kuhla

SACRAE REGIAE MAJESTATIS SVEDICAE IN DVCATIBVS BREMENSI ET VERDENSI CANCELLARIO NEC NON CVRIAE PROVINCIALIS ALIORVMQVE SVMMORVM JVSTITIAE COLLEGIORVM PRAESIDI GRAVISSIMO

Digitized by Google

NEC NON PERQVAM
*GENEROSO ATQVE EXCELLEN-
TISSIMO*

DOMINO
Adolpho Friderico
de Dvring

SACRAE REGIAE MAJESTATIS
SVEDICAE PER DVCATVS BREMENSEM
AC VERDENSEM REGIMINIS CONSI-
LIARIO ET CVRIAE PROVINCIALIS
ASSESSORI GRAVISSIMO

DOMINIS PATRONIS ET PROMOTORIBVS OMNI OBSERVANTIAE CVLTV VENERANDIS

Haec Electa in ſubmiſſi animi ſignum humillime
dico et offero

AVCTOR.

Digitized by Google

L. B. S.

ANte biennium cum Jenae litteris operam darem, in lucem mittebam: Kurtzes Bedencken über die Juriſtiſche Frage: Ob eine ſchwangere Frau/ wenn ſie wärender Reiſe auf den Wagen eines Kindes geneſen/ für ſelbiges Fuhr-Lohn zu geben gehalten ſey. Quae conſideratio Commentationis vice fungitur ad *L. Sed addes 19. §. Si quis mulierum*]. ff. *Locati* et magis *iucunditatis* eſt, quam *vtilitatis*, quia non facile aliquis propterea litem mouebit. Poſtea eodem anno et loco ſequebatur mea Commentatio ad JCtorum axioma: *Cuilibet in ſuo ad coelum vsque aedificare licet.* Nunc prodit tertius labor, nempe *de iure canum.* Si forte, humaniſſime Lector, ſciendi deſiderio flagres, cur hanc materiam elaborandam ſuſceperim: ſcias velim, anſam mihi dediſſe hoc, quod nullus Tractatus aut nulla Diſputatio de hoc argumento, licet omnem mouerim lapidem, ad oculos meos peruenire potuerit. Sed audire quosdam mihi videor, qui obiiciunt, ſatis tamen de hac materia tractari in fontibus iuris ipſis,

cum ibi toti tituli exſtent de quadrupedibus, quorum Rubrum eſt: *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur*, ea autem, quae ibi ſancita ſint, ad canes etiam applicari poſſe. His vt ſatisfaciam, ſciendum eſt, me in praeſenti libello, excepto capite vltimo, longe alia et longe diuerſa, de quibus ne iota quidem ibi habetur, in medium attuliſſe, quemadmodum lectio ipſa hac in re verba pro me faciet.

Non quidem deerunt Momi, qui omnia vituperare conſueti, caninam facundiam etiam contra hunc libellum monſtrabunt. Dum alii materiae vilitatem, alii cupidinem vanam gloriam captandi, alii aliud obiicient. Verum quod ad *Primum* attinet, ſciendum eſt, materiam hanc vilem quidem *videri*, ſed reuera non *eſſe;* cum id, quod in praxi fere quotidie occurrit, non vile exiſtimandum. Praeterea notum eſt, quod viri etiam eruditisſimi de ſimilibus argumentis agere non dubitarint. Sic de *iure ouium* B. *Georg. Adamus Struuius*, de muribus von Mäuſen / eorumque damnis *idem Struuius* et *de iure apum ac columbarum* diverſis Diſputationibus egit B. *Petrus Müllerus*. Si igitur eiusmodi viri doctisſimi has et ſimiles materias neutiquam negligendas putarunt; non culpandus ero, quod ipſos hac in re, quantum vires imbecilles permittant, ſequi ſtudeam. Quod ad *alterum* attinet, ſancte affirmare poſſum, me non ideo laborem hunc

in

Digitized by Google

in lucem edidiſſe, vt eruditionem aliquam ſingularem, aut gloriolam captem; quippe quam nemo tam leui opuſculo, quale hoc praeſens eſt, ſibi acquiret. Sed dices, cur igitur? Nimirum propter vtilitatem huius argumenti, et vt Patronis litteratorum me hoc ſpecimine commendem. Hinc ſpero, fore vt cordatioribus labor hic non diſpliceat. Quod ſi fiat, contentus ero, et ceterorum maleuolorum iudicia flocci pendam, in animum mihi reuocans Terentianum illud in *Adelph. Act. I. Scena* 2.

> *Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius,*
> *Qui niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat.*

Tu vero, Lector beneuole, vale, et Tibi me commendatum habe.

Digitized by Google

Series Capitum.

I. *De explicatione vocum, et de canibus in genere.*

II. *De* κυνοφορίᾳ *ſeu de canis portatione.*

III. *De canibus venaticis.*

IV. *De canibus rabidis.*

V. *De iure Medicorum et ſimilium circa canes.*

VI. *De officio et iure excoriatoris circa canes.*

VII. *De conſuetudine Opificum circa canes.*

VIII. *De ſucceſſione ab inteſtato circa canes.*

IX. *De praeſumtionibus a canibus deſumtis.*

X. *De cane occiſo.*

XI. *De pauperie a cane facta.*

CAP.

Digitized by Google

Caput I.

De

Explicatione vocum, et de canibus in genere.

Summaria.

Quomodo ius hoc loco ſumatur. §. 1.
Canis vnde deriuetur. §. 2.
De aequiuocis vocis canis. §. 3.
Canis eſt fidele animal, vbi etiam exemplum de cane, qui heri ſui homicidam detexit. §. 4.
Canes Anglici in bellis adhibiti fuerunt. §. 5.
Ope canis aliquis ſe a periculo mortis liberat. §. 6.
Canes ſunt dociles, quod exemplo canis, qui carnem emit, probatur. §. 7.
Canis loco Bibliothecarii quodammodo adhibetur. §. 8.
Canes nunquam ſudant, et quaenam huius rei ratio. §. 9.
Locus Deuter. XXIII, 18. explicatur remiſſive. §. 10.
Moſcouitae non concedunt, vt canis ipſorum templa intret. §. 11.
Aegyptii canes magno in honore habuerunt. §. 12.
In Siberia canes loco equorum adhibentur. §. 13.
Vbi canibus veſcantur. §. 14.
Mos Tartarorum Tunchinenſium, quem obſervant, quando veritatem alicuius rei confirmare volunt. §. 15.
Crathilindus propter canem ſuum Pictis bellum intulit. §. 16.
A St. Ludgeri cane Helm *Helmſtadium* nomen habet. §. 17.
Teſtamento quis canibus aliquid reliquit. §. 18.
Andreas Doria Dux Genuenſis canem habuit Roldam, in quem magnos ſumtus fecit. §. 19.
Lepidum epitaphium canis cuiusdam. §. 20.
Canes Bononienſes magni aeſtimantur, et quomodo canes parui educari poſſint, wie man kleine Hunde erziehen könne. §. 21.
Aliquis euomuit duos canes, vti et feminae canes pepererunt. §. 22.
Canis oua gallinae excludit. §. 23.
Canis perinde vt gallina oua parit. §. 24.

Digitized by Google

§. 1.

CUm frons libelli noſtri ſit *de iure canum*, explicandum quidem eſſet, vnde vocabulum *iuris* dicatur, et quam varie ſumatur; ſed quoniam fere nulla Diſputatio aut nullus Tractatus de iure alicuius rei in lucem prodiit, in quo Doctores varias ſignificationes huius vocis ad nauſeam vſque non in medium protulerint: ſane actum agerem, ſi huic rei diu aut multum inhaererem. Quamobrem omnes illas diuiſiones, omnesque terminos Methaphyſicos, quibus alioquin hac in re vtuntur, ſicco pede tranſeundos, et hoc tantum monendum exiſtimaui, quod nos hoc loco *ius* accipiamus pro eo, quod in iure et conſtitutionibus ſuperiorum circa canes ſancitum eſt, aut conſuetudine obtinet; vel quod circa illos iuſtum eſt ac iniuſtum.

§. 2.

Quod vocem *canis* attinet, illam *Varro de lingua latin. Lib. IV.* a *canendo* deriuat. *Signum dant*, inquit, *cum canere dicuntur, quod hic item et nocticulus in cuſtodia et venando ſignum voce dat, canis dictus.*

§. 3.

Ceterum *canis* non caret ſuis aequiuocis: denotat enim

(1) Impudentem et vitiis deditum hominem, vt: *Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis.* G. *Ain' vere, canis? Terent. in Eunuch. IV. 7.* Sic *Sirac. XIV, 3.* legimus: Einem Kauſer ſtehet es nicht wol an, daß er reich iſt, und was ſoll Geld und Gut bey einem kargen Hunde. Hinc ſi quis ab aliquo *canis* vocetur, non dubito, quin ille propterea iniuriarum actione teneatur. Sane quam contumelioſa vox haec ſit, id colligere licet ex hiſtoria de *Miſteuo* Vandalorum Rege: cum enim ille *Bernhardi* Ducis Miſnici filiam ſibi matrimonio iungere vellet, ſed repulſam ferret, et a Chriſtianis *canis* appellaretur; hanc ignominiam tam moleſte ferebat, vt diceret, ſi canis ſum, latrabo etiam, vt permulti id audiant, id quod poſtea etiam fecit: dum non ſolum Chriſtianos ad vnum fere omnes e terris Vandalicis exſtirpauit; ſed etiam terras Saxonicas et Brandenburgicas deuaſtauit. vid. Hübners Hiſtoriſch. Frag. *Tom. I. pag. 829.* Similiter iniuria eſt, ſi quis aliquem vocet ſ. v. einen Hunds-V. ꝛc. Vocem hanc quod obiter notandum multi deriuare volunt ab Hunnis; verum neſcio, annon haec ſint ſomnia et figmenta eruditorum. Nam 1. de

cru-

crudelibus quales Hunni fuerunt, haec vox non vſurpatur; 2. Audimus ira incenſos ſaepe dicere (quae obſcoena verba cum venia humaniſſimi Lectoris repetere licebit) ein Hunds-B. etc. auf der Naſen. Si igitur ab Hunnis deſcenderet, locutio haec inepta eſſet. Sed plura de his impudicis verbis dicere et mentem clarius exponere erubeſco.

(2) In ſacro Codice per metaphoram profani et impudentes religionis contemtores dicuntur *canes*. vid. *Pſalm. XXII, 17. Matth. VII, 6.*

(3) *Canis* aut *canicula* in talorum luſu apud Romanos iactus erat infortunatiſſimus. *Venus* autem fortunatiſſimus, vti patet ex *Propert. L. 4. Eleg. 9.*

Me quoque per talos *Venerem* quaerente ſecundos,
Semper damnoſi ſubſiliere *canes*.

Vid. Hildebrand. Antiquit. Roman. ſub voc. Canis.

(4) A Galeno *canis* ſumitur pro morbo quodam faciei. vid. *Reiheri Lexicon ſub voc. Canis.*

(5) Significat ſidus coeleſte den Hunds-Stern / qui vocatur Sirius. Ad placandum hoc ſidus inimicum frugibus Romani canes immolabant, idque ſacrificium *canarium* dicebatur, in quo non niſi canes feminae ruſae adhibebantur. *Hildebrand. loc. cit.* Hac de re ſequentem in modum canit *Ouid. Lib. IV. Faſtor.*

Eſt canis (Icarium dicunt) quo ſidere moto
Toſta ſitit tellus, praeripiturque ſeges.
Pro cane ſidereo canis hic imponitur arae,
Et quare fiat, nil niſi nomen habet.

(6) Inueniuntur etiam homines, quorum nomen eſt *Canis*, Hund: Sic Wittenbergae Profeſſor quidam tale nomen habuit, in quem cum de *canis* von grauen Haaren diſputauit, ſequens facetum diſtichon eſt compoſitum:

Es canis atque canis de canis, cane Decane
Quin cane de canis cane Decane canis.

Notum etiam eſt, quod *canis* fuerit agnomen Diogenis, cuius rei rationem ipſe Diogenes Cynicus dedit; rogatus enim, cur canis appellaretur, reſpondit: *quia iis qui dant, blandior, qui non dant, oblatro, malos autem mordeo.* vid. *Apulej. Florider.* 2. Alii autem rectius ipſum ab impudentia hoc agnomen accepiſſe tradunt, quod erubeſcere neſciebat. De eius vita videri poteſt *Diogenes Laertius.*

 (7) Au-

(7.) Auctor quidam eſt, qui nominatur *Jo. Jac. a Canibus*, qui a nonnullis vocatur *de Canibus*, id quod ideo notandum, ne quis putet, ipſum de canibus von Hunden ſcripſiſſe, et ſic ſimilem errorem committat cum illo, qui dum allegare volebat *Franciſci Salgad. de Somoza Labyrinthum Creditorum* putans verba *de Somoza* denotare materiam in libro iſto contentam, eum ſequenti modo allegabat: *Franciſcus Salgado in ſuo Somoza.* vid. *Dn. Ludouici* Einleitung zum *Concurs-Proceſſ in Praefat.* §. 5. De libris, quos noſter *Jo. Jacob. a Canibus* in lucem miſit, videri poteſt *Martinus Lipenius in Bibliothec. Jurid.*

§. 4.

Canis admodum fidele eſt animal, vnde etiam Poeta quidam ita canit:

Inter quadrupedes canis fidelis;
Inter quadrupedes canis patronum
Agnoſcit, veneratur ac tuetur.

Singulare exemplum huius rei nobis praebet canis iſte, quem Rex Pyrrhus in itinere inueniebat: hic enim per integrum triduum Domini ſui occiſi cadauer ſine cibo et potu cuſtodierat. Cum Rex Pyrrhus canem hunc propter fidelitatem ſuam ſecum duceret, et exercitum illuſtraret; canis ſe ante pedes Pyrrhi proiiciebat, et tam diu tacebat, donec miles, qui herum ſuum occiderat, veniebat, ſimulac autem hunc animaduertebat, tanto latratu et tanta vehementia in eum inuadebat, vt Pyrrhus ſtatim hunc auctorem caedis ſuſpicaretur, qui tormentis ſubiectus etiam caedem confitebatur. *Plutarch. in Pyrrho. Oldekop. Cautel. criminal. Tit. 2. Cautel. 36. n. 10.* Plura exempla fidelium canum in *Miſanders Deliciis Hiſtor. p. 119. ſqq.* inueniuntur.

§. 5.

Olim milites canes majores Anglicos die Engliſchen Doggen in bello ſecum habebant, qui in praeliis hoſtes morſu laedebant, dominisque ſuis auxilio veniebant, vnde prouerbium natum eſt, canem Britannicum tantum poſſe, quam tres milites. vid. *Berkenmeyeri* getreuen *Antiquarium p. 62. in fin. ſeq.*

§. 6.

Julius Caeſar Bulengerus Lib. 12. Hiſtor. fol. 371. narrat, Nobilem quendam

dam Sabaudicum ope canis ſui venatici quatuor homicidas, qui eum interficere voluerunt, proſtrauiſſe, et occidiſſe. vid. *Martini Zeiller.* **Send-Schreib.** *Cent. V. Ep. 9.* Quomodo Wilhelmus, Princeps Arauſionenſis, latratu canis ſui a periculo mortis ſit liberatus, ex hiſtoriis ſatis conſtat. vid. *id. ibid. Ep. 56. p. 888. ſeq.*

§. 7.

Quemadmodum canes fideles, ita etiam valde dociles ſunt, dum varias artes addiſcere poſſunt. Ex *Juſt. Lipſii Cent. 1. Epiſt. ad Belgas* refert *Weberus in Art. Diſcurr. Font. XXVIII. Exempl. 18. pag. 242. ſeq.* canem Bruxellae fuiſſe, ex illis grandioribus Britanni generis, quibus" Cerdones Belgae vti ſolent ad currum coriis onuſtum in forum et e" foro trahendum. Ille praeter hanc operam doctus fuit ad macellum" ire, pecuniam ferre, carnem referre. Id hac ratione fiebat: corbem" vimineum collo appendebant, pecunia in tot libras carnis impoſita." Ille recta et nusquam ſubſiſtens ferebat, in macello apud notum lanio" nem ſe ſiſtebat, carne accepta redibat. Sed euenit aliquando, vt in" via canes alii odore moti adſpirarent, et accederent erepturi. Tum" ille corbem deponere, in orbem propugnare, fugare, cum copia et ro-" bore vinceretur, vna irruere, et partem de praeda capere. En vt gla-" diator iſte in arena ceperit conſilium, et ſuis neceſſitatibus conſuluerit!" Carnes defendit, quam diu potuit: hoſtium multitudine victus neceſ-" ſitati ceſſit, et prandium iam commune vna abſumſit.

§. 8.

Anno 1670. Pariſiis Philippus Dux Aurelianenſis (qui A. 1701. d. 9. Jun. diem obiit ſupremum) canem habuit, quem Bibliothecarii vice quaſi adhibere potuit *Tentzel.* **in den Monatl. Unterred.** *in Anno 1697. pag. 652. ſeq.* vbi hac de re ita ſcribit: Zu Paris Anno 1670. hatte des Königs Bru-" der ein geſchicktes und künſtliches Hündelein / welches auch dieſe Kunſt" hatte / daß wenn man ihm ein Buch unter die Naſen gehalten / und den" Nahmen des Auctoris dabey genennet / hernach das Buch in einem ge-" wiſſen Ort der Kammer geworffen / und darauf zehen oder zwölff Bücher" alſo ihm vorgehalten / und benennet / es auf gegebenen Befehl dasjenige" geholet / welches unter allen man haben wollen / und in die Hände des" Herrn gelieffert." Alias artes vulgares, quas a canibus addiſci quotidie videmus, ſtudio ſilentio praeterimus.

 §. 9.

§. 9.

Notatu dignum et ſingulare quid eſt,quod canis nunquam ſudeat, etiamſi velociſſime currat. *Ratio* huius rei eſt, quia canis poris paruis et anguſtis, pilis vero denſioribus praeditus eſt, cui accedit, quod materia apta ſudori per linguam et membranam naribus praetenſam abeat. vid. *Noua Litterar. German. in Anno 1708. Menſ. Jul. pag. 263.*

§. 10.

In Sacris litteris paſſim canum fit mentio, praecipue vero notandus eſt locus, qui exſtat *Deuter. XXIII, 18.* vbi Deus ita praecipit: Du ſolt kein Huren-Lohn noch **Hunde-Geld** in das Hauß GOttes deines HErrn bringen aus irgend einem Gelübd/denn das iſt dem HErrn deinem GOtt beydes ein Greuel. Quid hoc loco *pretium canis*, ſiue vti Hebraicus Textus ſonat, *Mechir Caleb* ſit, et cur nam Deus hoc in templum inferre prohibuerit, id ſacrarum litterarum Cultoribus iudicandum relinquimus. Interim tamen hac de re videri et vtiliter legi poteſt doctiſſimus *Guilielmus Saldenus in Otiis Theologicis Exerc. VII.* Adde *Miſanders Delic. Biblic. noui Teſtam. pag. 316. ſeqq.*

§. 11.

Moſcouitae non permittunt, vt canis ipſorum templa intret, ſi vero id nihilominus factum ſit, templum de nouo conſecrant, teſte *J. G. Pritio* **im Moſcowitiſchen Kirchen-Staat**/ ex quo haec refert *Temzel* **in ſeinen Monatl. Unterred.** *ad Annum 1698.*

§. 12.

Aegyptii canes magno in honore habuerunt. Hinc *Juuenal. Sat. 15.* de iis ita canit:

Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.

Et *Herodotus in Euterpe cap. 67.* nos docet, quod domeſtici ad vnum omnes crines capitis in ſignum doloris reſecarint, ſi canis forte in ipſorum domo mortuus fuerit. *Cicero Tuſcul. quaeſt. Lib. V.* de Aegyptiis ita ſcribit: „Aegyptiorum enim morem quis ignorat, quorum imbutae „mentes prauitatum erroribus quamuis carnificinam potius ſubierint, „quam ibin, aut aſpidem, aut felem, aut *canem*, aut crocodilum violent. Cauſſam cur canes tanti fecerint, nobis aperit *Aelianus Lib 10. de animal. Cap. 45.* Cum ſcilicet, canicula der Hunds-Stern oritur, tunc Nilus ſe diffun-

diffundit, & circumiectos rigat campos et agros; hinc canem tanquam fertilem aquaeductorem ex ſuperſtitione quadam omni honore affecerunt.

§. 13.

In Siberia canes magni aeſtimantur propter vtilitatem, quam ibi praeſtant incolis, quippe qui eos trahis alligant, et ſic loco equorum adhibent. Yßbrand Ides Reiſe nach *China pag. 32.* Hos canes cum vulpibus et lupis coire teſtatur *id. ibid. pag. 33.*

§. 14.

In Nigritarum regno *Benin* in Africa teſtae *Dapper* in der Beſchreibung *Africae* canes plane comeduntur. vid. Tenners *Nouellen A. 1692. p. 671.* Similiter in China pingues canes comeduntur, quorum caro praecipue in aeſtate valde ſalubris exiſtimatur, quia aliquomodo frigefacit. Yßbrand Ides *l. c. pag. 184.*

§. 15.

Ridiculus ritus eſt, quem Tartari Tunchinenſes obſeruant, cum veritatem alicujus rei confirmare volunt. Nempe ſub pede ſiniſtro canem viuum tenent, cui cum cultro vulnus infligunt, et poſtea omnem ſanguinem exſugunt, teſte Yßbrand Ides Reiſe nach *China pag. 100. ſeq.* vbi exemplum habet.

§. 16.

Quoniam igitur canis tam fidele et docile animal eſt, vti ſupra §. 4. ſeqq. oſtendimus: non mirum eſt, quod relatum legamus, multos permagni canes aeſtimaſſe. Crathilindus, Rex Scotiae, canem ſuum tanti fecit, vt propter eum contra Pictos bellum ſuſceperit, Hübners Hiſtoriſch. Frag. *Tom. II. p. 1025.*

§. 17.

St. Ludgerus canem ſuum *Helm* tanto amore proſecutus eſt, vt ab eo vrbem Helmſtadium ita nominauerit. Nonnulli quidem ſtatuunt, vrbem iſtam a vicino nemore ELM dici Helmſtädt/ ſed minus recte, vti patet ex monumento Monaſter. Mariae-Vallenſ. vbi in porticus feneſtra quadam ante aliquot adhuc annos hy rythmi fuerunt:

Königs

Digitized by Google

Königs Carolus ſien Canțler
Sunt Luder de leve Herr
Wolde GOtt een Kloſter buwen/
Ut Leve vn in allen Truwen /
Een Hündelin he hadde Helm genand /
Een göttlich Nahme wol bekand/
Darum Chriſtum vſen Herrn he batt/
Dat / wo de Hundelin hen ſadt /
Da he wolle geven ſienen Schien /
Efft dat des Kloſters Städe möcht ſyn /
Dat ſolle vom Hunde Helmſtäde heeten /
Von welcker Städe noch vele geneeten.

Vid. *Joach. Hildebrand. Catalog. Scriptor. Eccl. MS. ſub Seculo IX.* (cuius copiam mihi fecit amicus quidam perdilectus) et *ibid. allegat. Chronicon Bunting.*

§. 18.

De quodam Sileſiae Duce narrat *Aeneas Sylvius Lib. IV. Commentar. in res geſtas Alfonſi* quod teſtamentum conditurus domum aedificari mandauerit, in qua canes, qui venationi vtiles fuiſſent, ob ſenectam et corporis debilitatem a ſuis relicti dominis vſque ad mortem alerentur, deſignatis in eam rem nonnullis agris, ex quorum prouentu ſumtus ſuppeditarentur.

§. 19.

Andreas Doria, Dux Genuenſis, canem habuit ſemper comitem nomine *Roldam*, cui inſeruiebant duo famuli, et cibum ipſi in argenteis patinis porrigebant; prouentus eius annuus erat 509. coronatorum, quemadmodum ita refert *Leiſſer. in iur. Georgic. Lib. II, cap. 17. n. 3.* Epitaphium huius canis inueniri apud *Limnaeum in iur. publ, L. VI. c. 6. n. 59.* affirmat *id. ibid.*

§. 20.

Quanti *Frieſen* virgo ſummo loco nata canem ſuum fecerit, hoc liquet ex epitaphio; quod nonnemo ſequentem in modum compoſuit:

Ein

Ein Hündgen liegt allhier /
Auf dieſer grünen Wieſen /
Er war ein Fauorit
Der ſchönen Gräfin Frieſen /
Er küßte ihre Hand /
Und küßte ihren Mund /
Wie mancher Reckel wünſcht
Das Glück von dieſem Hund?

§. 21.

Quo minores autem canes ſunt, eo magis, praeſertim a feminis aeſtimantur. Hinc eſt, quod canes Bononienſes, die Bologneſer Hündgen / in tanto pretio habeantur. Quibusnam vero mediis effici poſſit, vt canes tam parui maneant, hoc docet *Paullini* Zeit-kürtzende erbauliche Luſt / *P. II. pag. 1054.* vbi Zu Bononien, inquit, beſchmieret man ihnen / ſo bald ſie geworffen ſind / Füſſe und Rück-Grad mit guten Brantewein / und „ das eine geraume Zeitlang nach einander. Herr Chriſtian Adolph *Bal-* „ *duin*, Chur-Sächſiſcher Amtmann zu Hayn / ein curieuſer Mann / mein ehemahliger wehrter Freund / nam wol gereinigt-pulveriſirten Salpeter / „ tunckte mit einem naſſen Finger drein / u. ſtrich / ſo viel daran kleben blieb / „ einer tragenden Hündinn alle Morgen drey biß 4. Wochen vorher auf „ die Zunge. „ Welches er denn eben mit den jungen ein halb Jahr continuirte / ſo blieben ſie gar klein / weil Salpeter wegen ſeiner Kälte das Wachsthum mercklich hindert. Dieſes probirte einſt ein Cavallier / und gieng alles wol an / nur merckte er dabey / wie ſolche Hündlein hernach zur Zucht untauglich waren.

§. 22.

Reſtant adhuc pauca notatu digna de canibus, quae cum venia beneuoli Lectoris antequam ad alterum caput progrediamur, afferre licebit. Anno 1580. Hannouerae ſartor, cui nomen fuit Albrecht Hencke / diu aegrotauit, tandem vero euomuit duos albos coecos catulos, (qui tamen ſtatim moriebantur) et tali modo poſtea ſanus eſt redditus. vid. *Martin. Zeiller.* Send-Schreib. *Cent. III. Epiſt. 92. pag. 860. et ibid. allegat. Meibom. in Chron. Brunſuic.* Duo exempla, vbi femina canem in lucem edidit, habet *Paullini Philoſoph.* Feir-Abend *p. 238. 239.* Plura vid. *in einsdem* Zeit-kürtzende erbauliche Luſt / *Part. I. Num. XXII. pag. 75. ſeqq.*

§. 23.

Lepidum eſt, quod canis quidam (ſit fides penes Auctorem) oua gallinae excluſerit. vid. *Paullini l. c. N. V. pag. 26.* Vbi ita hanc hiſto„riam refert: Eine arme Wittibe zu Martſuhl hatte eine Henne übern Ey„ern ſitzen/und hoffte auch Küchen/ um ſolche zu Marckt zu tragen / und ein „Kopffſtück etwa zu löſen. Aber das Hun ſtarb/ und alſo ſchienen die Eyer „verlohren. Doch hatte ſie ein klein Hauß-Hündgen/ ſo ſich über die Eyer „ſetzte / und vollends ausbrütete.

§. 24.

An putares fieri poſſe, vt canis perinde vt gallina oua pariat? Hoc tamen factum eſſe duobus exemplis confirmat idem *Paullinus ibid. N.* „*XXXII. pag. 96.* Vbi eius verba ita ſonant: *D.* Jung *Dec. I. Ephem. curioſ.* „*Anno II. Obſ. 250.* ſagt: Eine Bäuerin habe eine gewiſſe Speiſe für ihre „Hüner bereitet / daß ſie deſto häuffiger und gröſſere Eyer legen ſolten/ die „aber hätte ein Hund gefreſſen/ und wäre darauf hinder ſeinen Herrn her„gelauffen/ unter Wegs aber habe er ein Ey nach dem andern gelegt/ worü„ber er ermattet. Als aber die gefreſſene Bauren-Speiſe wieder von ihm „gangen/ habe er das Eyer-legen vergeſſen. Dergleichen iſt mir von einem andern Freund in Weſtphalen erzehlet worden / ſo aber die Eyer ausgeſpien haben ſoll.

Caput II.

De Κυνοφορία ſeu *De*

Canis Portatione.

Summaria.

Romani quotannis anſerem in lectica, canem vero cruci affixum portarunt. §. 1.

Deſcriptio Κυνοφορίας. §. 2.

Exempla adducuntur §. 3.

Quaenam ratio fuerit huius κυνοφορίας. §. 4.

Quinam olim Nobiles dicti. §. 5.

Auctores qui de Κυνοφορία legi poſſunt. §. 6.

§. 1.

§. 1.

ROmani in honorem anſerum, quod gannitu ſeu ſtrepitu ſuo Gallos capitolium occupaturos prodiderant, argenteum anſerem in capitolium ponebant, et quotannis certo die ſolenni anſerem in lectica et veſte ſtragula pretioſa ſedentem portabant, canem vero cruci affixum eodem die geſtabant, in contumeliam quaſi canum, quod tunc cum Galli capitolium aſcendere voluiſſent, non latraſſent, ſed ſomno ſepulti tacuiſſent. Qua de re cum multa pasſim apud Hiſtoricos et Antiquitatum Scriptores legantur, hoc loco plura afferre non erit neceſſarium.

§. 2.

Sed alia apud antiquos Germanos Κυνοφορία fuit in vſu, de qua hic nobis ſermo erit. Haec Κυνοφορία fuit poena militaris ignominioſa apud Francos, Sueuos, Saxones et Bohemos non lege ſcripta, ſed conſuetudine introducta, vi cuius Nobiles ſupremi ordinis praeſertim illi, qui abſente imperatore pacem publicam violarant, per aliquot mille paſſus, aut ex vno comitatu in alium vicinum, aut ex loco perpetrati delicti ad proximum templum vel ad vrbem Regiam (i. e. vbi imperator erat) in ſcapulis aut collo canem portare cogebantur.

§. 3.

Subiiciemus aliquot exempla, quae deſcriptionem noſtram illuſtrabunt:

Primum relatum legimus apud *Witechindum Lib. 2. Annal.* qui memorat, imperante Ottone I. ſiue Magno, qui anno Seruatoris DCCCCXXVI. imperium nactus eſt, *Eberardum* Franconiae Ducem Conradi I. Imperatoris fratrem collecta manu *Bruningi* cuiusdam e ſaxonum primoribus vrbem *Elmeri* occupaſſe, incendio deleuiſſe, et omnes ciues liberosque occidiſſe, eamque rem grauiter tuliſſe Imperatorem, et propterea *Eberardum condemnaſſe in poenam C. talentorum, omnesque militum principes, quos in ſuo facinore habuerit adiutores, dedecore canum adfeciſſe, vt ad vrbem Regiam Magdeburgum eos portarent.*

Secundum ſuppeditat *Sethus Caluiſius in Oper. Chronol. ad annum MCIX. vi Borinoi* inquit, *Dux Bohemiae a Suanteplocho Ducatu exutus exſulabat, Suanteplocho autem defuncto, quum ſuccederet Latiſlaus. Borinoi Ducatum re-*

cuperaturus Pragam inuaſit. Ladislaus Henrici V. Imp. auxilium implorat, qui ſtatim mittit exercitum, qui Boriuoi Ducem alios que rebelles capit, iis que partim oculos eruit, partim in vincula coniicit. Praefectus urbis, quod noluiſſet Ladislaum dominum admittere, cogitur ſcabioſum canem portare, a quo ſtercore multipliciter inquinatus eſt, deinde barba ipſi abſcinditur, et relegatur.

Tertium inuenimus apud *Ottonem Friſingenſem*, qui *Lib. 2. de reb. geſt. Friderici Barbaroſſae Cap. 28.* (vbi de bello agit, quod abſente Imperatore in terris Italicis Arnoldus Moguntinenſium Archiepiſcopus et Hermannus Comes Palatinus ad Rhenum mouerant) docet, Imperatorem reuerſum in Comitiis Wormatienſibus Anno MCLVI. Palatinum „graui poena affeciſſe, et addit: Vetus conſuetudo pro lege apud „Francos et Sueuos inoleuit, vt ſi quis nobilis, miniſterialis, aut colo-„nus coram iudice pro huiusmodi exceſſibus reus inuentus fuerit, „antequam mortis ſententia puniatur, ad confuſionis ſuae ignominiam „nobilis canem, miniſterialis ſellam, ruſticus aratri rotam de comitatu „in proximum comitatum geſtare cogatur. Hunc morem imperator ſer-„uans, Palatinum Comitem Hermannum pacis publicae turbatorem „quamuis magnum imperii Principem cum decem Comitibus complici-„bus ſuis, canes per teutonicum milliare portare coegit. Hoc tam di-„ſtricto iudicio per totam trans-alpini imperii latitudinem promulgato, „omnes terror inuaſit, vt vniuerſi magis quieſcere, quam bellorum tur-„bini inſeruire vellent.

Hanc eandem hiſtoriam attingit etiam *Georg. Sabinus in Caeſarib. Lib. I.* vbi de Friderico Barbaroſſa ſequentem in modum canit:

Mos erat antiquis, qui publica commoda pacis
Caeſare turbaſſet bella gerente foris:
Totius imperii reus inſpectante ſenatu,
Vt canis impoſitum corpore ferret onus.
Ergo quod Italicis dum concitat geſſit in oris
Bella, Palatinus mouerat arma domi,
Hunc licet inuitum detrectantemque coegit
Inclyta per Numetum moenia ferre canem.

Vltimum exemplum eſto, quod habet *Arnoldus, Abbas Lubecenſ. in Chron. Slavor. Lib. VII. Cap. 2.* Narrat ille *Gerhardum* (Dynaſtam Querfurtanum) quod

quod *Henricum Magdeburgicum*, hominem pium et eccleſiae decus, in via Regia cum complicibus ſuis hoſtiliter inuaſiſſet, et eum oculis priuaſſet a Philippo Imperatore ad canem portandum damnatum fuiſſe. Verba *Arnoldi* ita ſe habent: Praeſumtio (ſcilicet excaecatio Henrici, Decani Magdeburgenſis) hoc modo mulctata eſt, ut mille marcas argenti iniu-„ riato perſolueret, et de feudo ſuo ad centum marcas argenti eccleſiae „ maiori reſignaret, et cum multis nobilibus hominium ei faceret, et cum„ quingentis militibus militarem ei poenam perſolueret, id eſt, ut ſinguli„ milites de loco perpetrati ſceleris usque ad fores maioris eccleſiae ca-„ niculum deferrent.

§. 4.

Sed quaenam ratio fuit huius κυνοφορίας? *Jo. Henricus Meibom. in Epiſtola ad Jo. Marquardum de κυνοφορία ſeu canis portatione ignominioſa* ſcripta, ex *Andrea Fauino aux traitées des premiers officiers de la couronne de la France Livre 2. chap. II.* duas ſequentes affert (1) vt portatione canis oſtenderetur, reum eſſe ex nobili proſapia, cui ob generis dignitatem permiſſa fuerint venandi iura inferioris conditionis hominibus non conceſſa (2) vt ſicuti canis eſt quaſi emblema ac ſymbolum fidelitatis erga herum: ita Nobilis feloniae conuictus, palam oſtentaretur populo tanquam homo nequam et periurus erga Principem ſuum et benefactorem, qui propterea non minus puniendus eſſet, quam canis, qui fidei exemplum praebens propterea meretur amari, quod ipſe mortem pugnando pro hero ſuo ſubire non exhorreſceret.

Priorem rationem ibidem reiicit ſupra laudatus *Meibomius* et quidem non ſine cauſſa, quia portatio canis non debebat eſſe ſignum nobilitatis et iuris venandi, ſed poena contumelioſa.

Poſteriorem autem veritati propius accedere, ibidem affirmat, et fere eandem eſſe putat cum illa *Chriſtoph. Pfingii*, qua *reum admoneri putauit* neglecti officii, quod fuiſſet excubare in aula (aut in imperio Principis) *Principemq́ cuſtodire et defendere.* Ego adhuc aliam rationem addo, dum id factum puto, ad denotandam crudelitatem talium hominum, vt alii eos quaſi *cane* et angue peius vitarent. Notum enim eſt, per contumeliam *canes* appellari homines impudentes, ſaeuos et crudeles. Sic *2 Sam. XVI. v. 7. et 8.* Simei Dauidem vocat einen Blut-Hund. Facit huc quodammodo, quod *Carpz. Prax. Crim. quaeſt. IIX. p. 9.* habet, vbi dicit, inter alia anima-

lia *canem* vna cum parricida ideo culeo inſui, vt *ſceleratum oſtendat hominem et immundum.*

§. 5.

Diximus ſupra in deſcriptione, Nobiles ſupremi ordinis ea poena affectos fuiſſe, quod etiam confirmat locus Ottonis Friſingenſis *ſupra* §. 3. allegatus, vbi expreſſe memorat, quod *Nobilis canem*, *Miniſterialis ſellam*, *ruſticus aratri rotam geſtare coactus fuerit.* Hinc antequam hoc caput finiamus, monendum adhuc, *Nobiles* olim fuiſſe, quos hodie Comites appellamus, *Miniſteriales* vero, qui hodie Nobiles vocantur, quemadmodum ex litteris antiquis ſe hoc obſeruaſſe ſcribit *Meibom.* in *dicta Epiſtola.*

§. 6.

Ceterum de hoc κυνοφορία legi poſſunt *Carolus du Freſne in Gloſſar. voc. canis. Paullini* Zeit-kürtzende erbauliche Luſt/ *Part. I. Num. LIV. pag. 136. ſeqq. Sleidan. ſub Friderico I. Diecherici Breniarium Hiſtor. ſub Friderico Barbaroſſa* §. *13. pag. m. 313. et ibid. alleg. Auctores. Gothofred. Chriſtian. Leiſſer. ius Georgicum Lib. II. Cap. 17. n. 23. Beſold. Theſaur. Pract. voc.* Hunde tragen. *Jo. Jacob. Döpler.* Schau-Platz/ Leibes- und Lebens-Strafen *Part. I. Cap. 60.* et ſupra allegatus *Meibomius*, ex quo vltimo exempla allata et pleraque hic dicta deſumſi.

Caput III.

De

Canibus venaticis.

Summaria.

Quibusnam permiſſum ſit canes venaticos alere, vbi ſimul adducitur conſtitutio Ducatuum Bremenſ. et Verdenſ. de canibus. §. 1.

Quaenam poena locum habeat, ſi dictae conſtitutioni non pareatur. §. 2.

An feram beſtiam in meo territorio vulneratam, in alieno canibus perſequi poſſim. §. 3.

Quid iure ciuili hoc caſu obtineat. §. 4.

Quid moribus obtineat. §. 5.

Venatio canibus commodato acceptis non debet ſuſcipi. §. 6.

Si canibus ſuis venator lupo extorqueat porcum, qui meus fuit, ad quemnam porcus pertineat. §. 7.

Rationes pro venatore. §. 8.

Refutatio illatum rationum et vera ſententia. §. 9.

§. 1.

§. 1.

CAnes *vulgares* alere eſt quidem de genere permiſſorum, ſed *venaticos* habere in plerisque locis nemini eſt permiſſum, niſi iis, qui iure venationis gaudent. Sic in his Ducatibus Bremenſi et Verdenſi per *Conſtitut. circa venat.* in der Jagd-Ordn. §. Nachdem auch 5. et §. Ferner 6. expreſſe prohibitum eſt, ne ab iis, qui iure venandi carent, alii canes alantur, quam qui feris dentes non infigunt, aut inſidiantur. Nec ſufficit hoc, ſed compelluntur etiam collis canum baculos ſuſpendere, ne feras perſequi poſſint. Verba dictae conſtitutionis ſunt haec: Nachdem auch nicht unbekannt/daß ſich bey den Schäfern und andern Hauß-Leuten im Lande viel Hunde befinden / welche das Wild jagen/ und die Jungen erhaſchen und freſſen: Als ſoll hinführo keinem Schäfer oder Hirten erlaubet ſeyn/andere als groſſe / oder doch dergleichen kleine Hunde zu halten/welche ſich an kein Wild kehren oder demſelben nachſpühren / insgemein auch die Hauß-Leute ſchuldig ſeyn / ihren Hunden / welche nicht an der Kette liegen/ groſſe Knüppel von 5. viertel Ellen lang (in Conſtitut. de Anno 1709. d. 29. Januar. longitudo vlnae, et certo tempore hoc tantum requiritur, in verbis: Daß die Schäfer und Hauß-Leute ihren Hunden/ von welchen dem Wilde einiger Schaden geſchehen kan/ wenigſtens wärender Groſe-Zeit/als von Dominica Judica biß auf den 10. Auguſti einen Knüppel von einer Ellen lang anhängẽ)anzuhängen/damit ſie dem Wilde ſo viel weniger nachſetzen können. Ferner ſoll denen in Garniſon liegenden oder auf dem Lande einquartirten Officiren nicht verſtattet werden/ Jagd-oder Wind-Hunde in den Quartiren zu halten / etc.

Alibi, vti hoc in Holſatia et Dithmarſia ſe obſeruaſſe memorat *Adr. Beier. de inſtrument. Opific Cap. VII. §. 6. n. 303.* canes *maiores* fuſti alligare, *minoribus* vero pedem alterum anteriorem praecidere oportet.

§. 2.

Sed quid ſi ruſtici ceterique huic mandato non obedierint, quaenam poena tunc contra eos locum habet? Reſp. Quoniam in dicta *Conſtitut.* nulla certa poena eſt determinata, arbitrarie puniuntur. Plerumque tamen in eiusmodi caſu canes a Principis miniſtris, niſi aliud conſuetudine obtinet, internecioni tradi ſolent. *Müller ad Struu. S. J. C. Ex. XIV. Th. 9. Lit. δ.* in Saxonia Electorali niſi paſtores canes ſuos ducant, aut baculum

culum illis alligent, canibus priuantur, et praeterea florenum ſoluere coguntur, vid. **die Churfürſtl. Policey-Ordn.** *in verbis:* Es ſollen auch die Schäfer / ſo in unſern Wildfuhren geſeſſen / ſie ſtehen zu / weme ſie wollen / ihre Hunde führen / oder denſelben Klöppel / ſo 5. viertel Ellen lang ſeynd / anbinden / bey Verluſt der Hunde / und Strafe eines Gülden / ſo offt dieſer unſerer Ordnung nicht nachgegangen würde. Adde *Henrici* Gerlach *Diſp. de iure ouium ſub praeſid. Georg. Adam. Struuii Anno 1682. Jenae habit. Sect. I. Cap. IV, th. 33. pag. m. 35.*

§. 3.

Cum ſaepiſſime accidat, vt quis in ſuo territorio feram beſtiam quidem vulneret; ſed tamen ibidem capere non poſſit; quaeſtio inde oritur, an eam in alieno territorio canibus ſuis perſequi poſſit? Quo haec eo clarius reſoluatur, a propoſito non alienum erit, ſi diſtinguamus inter *ius ciuile* ac *mores hodiernos.*

§. 4.

Jure ciuili nullo modo permittitur, vt alienum fundum aut territorium venandi cauſſa ingrediamur. Nam ſi dominus praeuiderit, nos ingreſſu prohibere poteſt §. *Ferae 12. Inſt. de R. D.* ſi tamen nihilo ſecius intrauimus, et feram beſtiam cepimus; haec quidem ad nos pertinet, quia res nullius cedit occupanti, et licet dominus fundi ingreſſum prohibere potuiſſet; tamen ferae occupationem vetare non potuit, quia haec ad eum nondum ſpectauit. *L. Non magis 16. ff. de Act. emt.* Interim tamen domino praedii aduerſus nos competit iniuriarum actio, quia contra eius voluntatem et prohibitionem praedium ingreſſi ſumus. *L. iniuriarum actio 13. §. fin. ff. de iniur. Hopp. ad dict. §. 12. de R. D. Schneidewin. ibid. n. 7.*

§. 5.

Moribus hodiernis in plurimis locis feram beſtiam in noſtro territorio vulneratam, daß es ſchweiſt (ita enim venatores vocant, ſi ſanguinem emittat) poſſumus quidem perſequi; ſed hoc fieri debet ſine vlteriori ſclopeti exploſione, ſine inflatu corniculi venatorii, et ſine *canum* incitatione *Georg.* Schultz *in Syn. inſt. ad tit. de R. D. litt. K. Schneidewin. ad §. 12. Inſt. eod. n. 4.* Richter *Part. I. Dec. 16. Leiſſer. ius Georgic. L. III. Cap. 12. n. 52.* quem omnino vide.

§. 6.

§. 6.

Solent quandoque ii, qui ius venandi habent, alienos canes mutuo accipere, quo eo plures feras capiant; verum hoc minus juſte fit; cum venatio canibus commodato acceptis non debeat ſuſcipi *Kraiſſer. de jure venandi*, quem hanc in rem allegat Dn *Kreſſius*, Fautor meus honorandus, in *ſpecim. Iprud. ciuil. forenſ. Lib. I. Tit. 3. §. 4. pag. 93.* *Ratio* huius rei eſſe videtur, ne ferae prorſus exſtirpentur, ſed modus in iis capiendis ſeruetur.

§. 7.

Dicenda adhuc quaedam reſtant, de caſu quodam, qui raro quidem; ſed tamen nonnunquam accidit. *Lupus ſcilicet paſtori meo eripuit porcum, aut aliud animal, cuius non eſt fera natura; accedit forte fortuito venator, qui canibus robuſtis ſuem lupo extorquet, cum autem ego poſtea venatorem rogo, vt porcum mihi reddat, ille hoc facere recuſat.* Hinc quaeritur, an iuſte ſuem mihi denegare poſſit.

§. 8.

Videri quidem poſſet, quod venator iuſte porcum retineat (1) quia legitimo titulo *venationis* ſcilicet illum ſibi acquiſiuit: omnia enim animalia, quae mari, coelo, et terra naſcuntur, ſimulatque ab aliquo capta fuerint, iure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt. *§. Ferae igitur 12. Inſt. de R. D.* (2) quoniam porcus animum non reuertendi habere coactus fuerit; regula autem iuris eſt: Animalia eousque tua eſſe intelliguntur, donec animum reuertendi habeant; nam ſi reuertendi animum habere deſierint, etiam tua eſſe deſinunt, et fiunt occupantium *§. Pauonum 15. Inſt. eod.*

§. 9.

Sed haec non obſtant, quo minus contrarium, ſuem ſcilicet manere meum, et me illum a quocunque poſſeſſore vindicare poſſe, rectius affirmetur. vid. *L. Pomponius 44. D. de A. R. D.* vbi expreſſe hoc ſtatuitur. Nec obſtat (1) quod venator legitimo titulo porcum acceperit. Nam *reſp.* (α) Regula illa ex *allegat. §. 12.* locum tantum habet in feris beſtiis, vti ex inſpectione illius paragraphi luce meridiana clarius patet; ſues autem non ſint ferae beſtiae; ſed pecudum appellatione continentur, teſtante

D Grae-

Digitized by Google

Graeco Poeta in verſibus, qui ex eo repetuntur in §. *Quod autem Inſt. de L. Aquil.* (β) Regula illa intelligenda eſt tantum de iis animalibus, quae *nullius* ſunt, vti patet ex verbis *alleg.* §. 12. *Quod enim ante nullius eſt*; in noſtro autem caſu animal eſt in noſtro dominio. Non magis obſtat (2) quod porcus animum reuertendi habere deſierit. Nam canon iſte, quod *animalia eousque tua intelligantur, donec animum reuertendi habeant, &c.* loquitur de animalibus manſuefactis, *quae ex conſuetudine abire et redire ſolent*, quemadmodum verba ipſa in dicto §. ita ſonant. Et ſic hæc regula ad caſum noſtrum plane diuerſum non quadrat.

§. 10.

Notandum adhuc venit; quod venatio, quae fit canibus currentibus, in multis locis ſit prohibita. vid. *Ordinat. venat. Leopoldi de An.* 1675. vbi hoc expreſſe vetitum eſt in verbis: Sind die Hetzen mit den Chiens courrans, weil hierdurch dem lieben Getrayde / als auch den Wein-Gärten groſſer Schaden zugefüget wird / gäntzlich aufgehoben. Adde *Leiſſer. ius Georgic. L. III. Cap.* 12. *n.* 39.

§. 11.

Singulare quid eſt, quod ſi quis apud Burgundos canem venaticum laeſit, aut inuaſit, hic propterea (ſalua venia) canis poſteriora oſculari, aut hero canis quinque ſolidos ſoluere debuerit. Verba *in Addit. I. LL. Burgund. Tit.* 10. hac de re ſequentia ſunt: ſi quis canem Veltraum (i. e. „venaticum) aut Segutium aut Petrunculum praeſumſerit inuolare, iu„bemus, vt conuictus coram omni populo poſteriora ipſius oſculetur, aut „quinque ſolidos illi, cuius canem inuolauit, cogatur exſoluere. vid. *Diſput. de Venatione ſub praeſid. Chriſtoph. Redckeri Anno* 1685. *Roſtoch. habit. Cap.* 3. *n.* 11. ex qua hæc deſumſi.

Caput IV.

De

Canibus rabidis.

Summaria.

Quaenam canem efficiant rabidum, et quae ſint ſigna canis rabidi. §. 1.
Herus ſimulac rabiem canis animaduertat, canem occidi curet. §. 2.
Si canis rabioſus oues dilaceret, an hoc ſit damnum caſuale. §. 3.

§. 1.

§. 1.

MUlta eſſe, quae canes rabioſos efficere posſint, eruditi obſeruarunt, vt (1) maximus aeſtus aeſtatis (2) vehementisſimum frigus, praeſertim ſi diu duret (3) eſus morticinarum putridarum vermibusque ſcatentium carnium; ſi hae carnes ſint eorum animalium, quae peſte, ictu fulminis aut morſu venenoſi animalis perierunt, tunc eo magis rabies canis eſt timenda (4) ſi abſorbeant ſanguinem marceſcentem (5) cibi vel iuſcula, quibus multa aromata, praecipue piper et zingiber, ſunt immixta (6) putreſcens aqua crebrius hauſa. vid. *Jo. Adam. Weber. Art. Diſcurr. de qualibet mater. Font. XI. Exempl. 12. pag. 80. ſeqq.* Sed ſi quid vnquam reperitur, quod tam hominibus quam beſtiis noxium, certe canis rabidus eſt; cum eius morſus ſit venenatisſimus, cuius rei rationem qui ſcire cupit, conſulat *Acta Eruditor. Lipſ. An. 1704. Menſ. Mart. pag. 133.* Hinc vt eo melius quis ſibi a morſu talium canum cauere poſſit, in tranſitu quaſi ſigna, e quibus rabies cognoſci posſit, in hoc §. *ex Weber. l. c. Font. 87. Exempl. 8. pag. 682.* ſeq. recenſebimus. Canis rabioſus, ibi inquit *Weberus*, cibum et potum auerſatur, multam et ſpumo-„ ſam ore naribusque pituitam emittit, aegre et conſueto triſtius intuetur,„ ſine latratu omnibus beſtiis hominibusque inſilit, contubernales et alie-„ nos mordet, ſed primum quidem nihil moleſtiae affert praeter exiguum„ ex vulnere dolorem, lento incedit greſſu, demisſis auribus, abſciſſa „ voce, ſtupido capite, rubentibus oculis, cauda demiſſa, lingua foras„ porrecta.

§. 2.

Quoniam igitur morſus canis rabidi periculoſisſimus eſt; cuilibet domino incumbit, vt ſimulac rabiem canis ſui animaduertat, illum interfici curet, ne homines aut pecudes ab eo laedantur, alioquin grauem poenam incurrit ſecundum *Carpz. Prax. Crimin. Qu. 131. n. 25.* vbi ſequens praeiudicium reperitur: Hat Hanſen Schmidts zu Roda thörichter Hund, den er uff beſchehene Verwarnung nicht abgeſchaffet noch weggethan, einē Knaben von 8. Jahren jämerlich erbiſſen und umgebracht, ingleichen Inhalts der gerichtlichen Beſichtigung Hanſen Hariſchers Sohn u. Tochter gantz übel gebiſſen, u. beſchädiget, und nachdeme bemeldter Hans Schmidt hierüber vernomen worden, hat er geſtändig ſeyn müſſen, daß ſein Hund an-

geregte Schäden obbeniemten Perſonen zugefüget / darzu er dann/weil er den Hund nicht beſſer verwahret/ oder vff Verwarnung zu Tode ſchlagen laſſen/ſelbſten Vrſach gegeben/etc. So iſt er/unangeſehen er ſich des Hundes nicht wiederum angemaſt/des erbiſſenen Knabens nechſten Freunden ein gantz Wehrgeld zu erlegen/ſo wol den andern beyden beſchädigten Perſonen/das vffgewendete Artz-Lohn wieder zu erſtatten / wie dann auch die Vnkoſten vff vorgehende Liquidation und richterliche Ermeßigung zu entrichten ſchuldig/ u. mag hierüber wilkührlichen/ entweder ein vier Wochen lang mit Gefängniß/ oder um eine ziemliche Geld-Buſſe ſeinem Vermögen nach/ jedoch daß ſich dieſelbe über Zehen newe Schock nicht erſtrecke/ in Straf genommen werden/ V. R. W. Septemb. Anno 1619.

§. 3.

Si canis rabioſus in gregem inuadat, et multas oues dilaceret; tunc opilio non tenetur ad aeſtimationem pecorum; cum damnum cenſeatur caſuale, non culpa datum ſecundum *Carpz. Part. II. Conſt. 26. Def. 16.* Obiici quidem poſſet, quod tamen paſtor, ſi *lupus* oues comederit, damnum illud ſecundum Gerlachs *Diſp. de iur. ouium Sect. I. Cap. IV. th. 29. p. m. 30.* praeſtare debeat. Vero reſpondendum eſt, hic non eandem adeſſe rationem. Nam in eo caſu, vbi lupus damnum dedit, paſtor in culpa eſt, quia oues in tutiorem locum transferre tenebatur per *L. vtique 34. π. de damn. infect.* aut baculo et latratu canum lupum a grege fugare debebat. vid. *alleg. Diſp. l. c.* Quae omnia ſecus ſe habent in cane rabido, quippe qui hinc inde, & in locis alias tuis oberrat, nec tam facile quam lupus a grege arceri poteſt.

Caput V.

De Jure Medicorum et ſimilium circa canes.

Summaria.

Regula quod nemini praeter excoriatorem canes occidere et deglubere liceat, vbi ſimul exceptiones adduntur. §. 1.

Caſus vbi tonſores Chirurgiae ſtudioſum in collegium recipere noluerunt, quod hircum anatomice ſecuerat. §. 2.

Reſpon-

Reſponſum ICtorum Lipſienſium hac de re aſfertur. §. 3.	Si perſonae in §. 1. recenſitae ſoli lucri cauſſa canes occidant, tunc contra eas excoriator gaudet iure prohibendi. §. 4.

§. 1.

NEmini praeter excoriatorem regulariter canes occidere et deglubere eſt permiſſum. Excipiuntur tamen (1) Doctores et Studioſi Medicinae, (2) Pharmacopolae, et (3) Chirurgi, quippe qui hoc impune facere poſſunt. Doctoribus, Studioſis Medicinae et Chirurgis hoc inueterata conſuetudine ideo conceſſum eſt, vt conſtitutionem corporis humani, ac nexus membrorum eo melius cognoſcant, et eo facilius hominem aegrotum curare posſint. Sed quomodo Pharmacopolas defendemus? cum haec allata ratio in eos non quadret, quippe quorum officium tantum eſt, medicamenta praeparare. Verum licet ratio iſta ad eos non ſpectet; tamen alia pro ipſis militat, nempe haec, vt ſeuum canis, das Hunde-Fett/accipiant. Diceres quidem, quod illud ab excoriatoribus et carnificibus emere posſint; ſed quid hoc opus eſt? cum ſi ab excoriatoribus hoc emerent, timendum foret, vt illud tam bonum ac purum eſſet, quam quod ipſi canibus demunt.

§. 2.

Quamvis autem his perſonis ius canes aliaue animalia (in quibus ſcilicet eadem ratio ſubeſt) occidendi ac deglubendi competat, nec hoc vllam maculam reuera ipſis afferat: attamen Brugae in Flandria Anno 1666. caſus extitit, vbi tonſores Chirurgiae ſtudioſum propterea quod in itinere hircum anatomice quondam ſecuerat, tanquam indignum magiſterio artis, des Meiſter-Rechts/ in collegium ſuum recipere noluerunt.

§. 3.

Cauſſa haec transmiſſa fuit ad ICtos Lipſienſes, qui ſequenti reſponſo eam deciderunt: Nachdem uns Decano &c. eine ſpecies facti zugeſchickt/ des Inhalts/daß Alphonſus Clagman/Barbierer u. Wund-Artzt zu Neu-Hanau/nachdem er vor dieſen bey einem Obriſt-Lieutenant in Dienſtē ſich befunden/ auf deſſelben Befehl/ weil ihm einig Vieh franck worden/u. jähling dahin geſtorben/ die Urſache zu erkündigē/ein anders/ das zum Speiſen diſtiniret war/ eröffnen und durchſuchen müſſen. Und deswegen gefragt

worden: ob erwehnter Clagmann dieſer verübten Sache halber / von andern Chirurgis mit Recht geſcholten und getadelt werden könne? Weil wir dann die gantze ſpeciem facti fleißig durchleſen / und befunden / daß gedachter Cl. von ehrlichen Eltern gebohren / ſeine Lehr-Jahr gebührend ausgeſtanden / und in ſeinem Vaterlande ſich zum Meiſter (nach Ausweiſung derer davon gut habenden Teſtimonien) machen laſſen; Als erkennen wir hierauf / daß er Alphonſus Clagmann dieſer Section halber keines weges geſcholten noch getadelt werden könne / ſondern ihm alles dasjenige / was einem andern rechtſchaffenen Chirurgo zugelaſſen / als Becken auszuhengen / Jungen und Geſellen zu halten / Krafft ſeiner Innung und Priuilegien zuſtehet und zugelaſſen / zu exerciren auch zukomme. Inſonderheit wenn er ſolches / wie zu vermuthen / bloß zu dem Ende gethan / damit er in ſeinen Coniecturen und Muthmaſſungen geſtärcket werden / u. durch die ocularem inſpectionem ſo viel erfahren möge / wodurch er dem menſchlichen Geſchlecht bey einer und der andern Begebenheit heilſamlich dienen könne. Und würden aus ſolchen unzeitigen und höchſtſtrafbahren Bezüchtigungen infinita abſurda erfolgen / wenn alle diejenigen / ſo in brutis ihre Fundamenta ſowol Medicinae als Chirurgiae vorſichtiglich zu ſuchen pflegen / zu ſchelten / und vor untüchtig zu halten wären. Dahero dann obgedachter Alphonſus Clagmann den angeführten Umſtänden gemäß billig zu ſchützen. Welches wir etc. Leipzig den 29. Januarii MDCLVI. vid. *Dn. Beier. de eo, quod circa carnifices et excoriat. iuſtum eſt. Cap. 10. §. 6. n. 346. ſeq. pag. 108.* vbi reſponſum hoc inuenitur.

§. 4.

Ex verbis adducti Reſponſi inſonderheit / wenn er ſolches / wie zu vermuthen / bloß zu den Ende gethan / damit er in ſeinen Coniecturen &c. colligere licet, quod tale quid ipſis non ſit permiſſum, ſi *ſoli* lucri cauſſa v. gr. vt pellem vendant, hoc fiat. Hoc enim caſu excoriatores iure prohibendi contra eos vti poſſunt.

Caput

Caput VI.

De
Officio et iure excoriatoris circa canes.

Summaria.

Officium excoriatoris circa canes. §. 1.
Pro diuerſitate locorum praeter iſta in §. 1. recenſita, diuerſa adhuc officia ipſis incumbunt. §. 2.
Certo anni tempore per vrbis plateas eunt, et canes fuſte occidunt. §. 3.
Si ex petulantia aut dolo extra orbitam iuerint, ad damnum reſarciendum tenentur. §. 4.
Excoriatoribus competit quidem ius prohibendi, ſi quis canem deglubat; ſed cultrum tamen ianuae turbatoris infigere, aut vehiculum ſuum, den Schinder-Karn, ad ianuas ipſius ducere non debent. §. 5.
Reſponſum ICtorum Ienenſ. quod §. antecedentem egregie illuſtrat. §. 6.
Calliditas cuiusdam, cui excoriator vehiculum ſuum ad ianuas duxerat. §. 7.

§. 1.

Officium excoriatorum, der Schinder, circa canes in tribus conſiſtit (1), vt ſi canes morbo aliquo aut vulnere affecti ad eos ſanandi cauſſa deferantur; illos accipere, ac omnem diligentiam in iis ſanandis pro mercede adhibere teneantur. Id quod vniuerſali fere conſuetudine ideo eſt receptum, quia Chirurgi et Medici hanc operam tanquam vilem et indignam neutiquam ſuſcipiunt. (2) Vt canes rabioſos occidant, vid. *Dn. Beier. de eo, quod circa carnifices et excoriat. iuſtum eſt Cap. IX. §. 1. n. 299. pag. 94.* idque publicae vtilitatis et ſecuritatis cauſſa introductum eſt, ne pecudes aut homines morſu eorum laedantur, et rabie afficiantur. (3) Vt canes mortuos et occiſos vrbe euehant in agrum ſuum, auf ihren Schind-Acker, ibique coria ipſis deglubant, (quod propter lucrum ſuum non ſunt neglecturi) quo illa ad vſum hominum praeparentur.

§. 2.

Ceterum pro diuerſitate locorum, etiam diuerſa adhuc officia praeter antea enumerata ipſis incumbunt. Sic in nonnullis locis canes maiores in vſum Principis alere ac educare, in aliis certam copiam pilorum equinorum, vt funes ad canes retinendos ex iis fiant, annuatim praeſtare tenen-

tenentur, ſie müſſen jährlich eine Parthey Pferde-Haare zu Hunde-Stricken in ein Herrſchafftliches Jäger-Hauß liefern.

Adhuc alibi chirothecarum aliquot paria e corio canino facta superioribus offerre debent, qua de re *vid. Beier. l. c. §. 10. n. 328. ſeqq.*

§. 3.

Quod ad iura excoriatorum circa canes attinet, illi quidem ex conſuetudine in commodum magiſtrorum ſuorum ſeu carnificum certo anni tempore (in der Faſten vti Jenae, vel in diebus canicularibus, in den Hunds-Tagen, vti in plerisque locis obſeruatur) per vrbis, in qua habitant, plateas ire, et canes ſine ſigno immunitatis ab ipſis redemto oberrantes fuſte occidere aut abducere poſſunt.

§. 4.

Verum licet excoriatoribus hoc ius competat; attamen ſi ex petulantia aut dolo extra orbitam iuerint, ad reſarciendum damnum conueniri poſſunt. *Dn. Beier. l. c. Cap. IV. §. 11. n. 111. et ibid. allegat. Carpz. p. 4. Conſt. 38. def. 5.* Hinc ſi excoriator canem alicuius non in platea, ſed in domo alicuius feriat, ille propterea a domino actione conueniri poteſt, quia excoriator limites exceſſit, cum ius feriendi canes non in domibus, ſed in plateis tantum habeat. Puto autem, hoc caſu in voluntate domini poſitum eſſe, vtrum contra excoriatorem, an contra eius magiſtrum, carnificem ſcilicet agere velit. Nam carnifex pro delicto ſerui ſeu excoriatoris (NB ſi ad damnum reſarciendum tantum agatur) hic tenetur, quia ſeruus in officio deliquit, carnifex autem poſtea regreſſum habet contra excoriatorem. Idem iuris eſſe exiſtimo, ſi excoriator canes e domibus (quod tamen raro fit, quia canes hunc heroem ex fuſte, quemadmodum leonem ex vngue quaſi cognoſcere videntur, et hinc eum non ſequuntur) alliciat, et poſtea in platea interficiat, quia tunc dolum committit.

§. 5.

Excoriatoribus etiam competit ius prohibendi, ſi quis canem occidat, et deglubat, exceptis iis, quos in praecedenti capite recenſuimus. Propria auctoritate quidem hoc vindicare ſolent, ita vt cultrum ianuae turbatoris infigant, eum ſcilicet in finem, vt pecunia famam quaſi ab ipſo redimant, imo ſaepe tam audaces ſunt, vt vehiculum excoriatorium, einen Schinder-Karn, ad ianuas turbatoris ducant. *Beier. l. c. Cap. X. §. 8. n. 355. ſeqq.*

Digitized by Google

ſeqq. Verum nulla ratione et nullo iure hoc ipſis competit *Carpz. 6. Reſp. Tit. 10. Reſp. 102*, cum magiſtratui turbatores denunciare, et via iuris lucrum ceſſans petere, ac ſimul mandatum poenale de non amplius turbando extrahere poſſint. Hinc excoriatores tale quid facientes in hoc ſceleſtiſſimo facinore non ſunt defendendi, ſed potius grauiſſima poena afficiendi. Anno 1691. eiusmodi caſus JCtis Jenenſibus propoſitus fuit, vbi opilio pellem vitulo detraxerat, et propterea hero opilionis currus excoriatoris ad ianuam ductus erat. Quoniam igitur caſus eiusmodi raro contingit, et tamen ea, quae diximus, egregie illuſtrat; non poſſumus, quin ex *Beiero l. c. §. 10. n. 359. ſeqq.* Reſponſum JCtorum Jenenſ. in ſequenti paragrapho verbotenus repetamus.

§. 6.

Als ihr uns etc. hat ſich unlängſt hin zum Bennicken-Stein / ſo unter zweyerley Herrſchafft Schwartzburg u. Clettenberg vertheilet/begeben/daß eure Leute in eurem Abweſen ein hingefallenes halbjähriges Kalb durch den **Hirten** oder **Schäfer** abziehen / u. das Fell in euer Neben-Hauß hängen laſſen/worauf des Clettenbergl. Theils jetziger Amtmann **Johann Samuel Kräutner**/ſo euch ohne Urſache gehäßig ſeyn mag/ſolches dem Nach-Richter u. Feld-oder Halb-Meiſter zu Ellrich alſofort wiſſen/ u. ihnen dabey bedeuten laſſen / er ſolte nur kommen / und **den Schinder-Karn für eure Thüre führen**/er wolte ihm gut für allen Schaden ſeyn / etc. wie dieſes alles der Halb-Meiſter bereits gerichtlich geſtanden. Worauf denn auch der Schinder im Monath Nouembr. verwichenen Jahres euch auf die 3. Wochen lang den Schinder-Karn/ nebſt Winde und aufgeſteckten Meſſer oder Kneuffte/ vor die Thür geführet/ und allda ſtehen laſſen. Damit aber weder ihr noch die Schwartzburgl. Gerichte/ als worunter ihr geſeſſen/ichtswas hierwider tentiren möchten/ hat vorbeſagter Clettenbergl. Amtmann Kräutner / noch vor Ankunfft des Schinders / aus denen von ſeiner gnädigen Herrſchafft ihme anbefohlnen Unterthanen ein Conuoye u. Wache beſtellet/ auch ſelbige an die 10 Mann ſtarck zu Bedeckung des Schinder-Karns in ſeinem gleich gegen dem eurigen übergelegenem Hauſe / die gantze Zeit über/ Tags und Nachts / nebſt dem Schinder-Knechte unterhalten/ ja ſich gegen unterſchiedliche ungeſcheut vernehmen laſſen / daß er euch für **unehrlich** / und alle die mit euch inskünfftige umgehen würden / gleich alſo halten wolte. Wann denn dieſes eigenmächtige Verfahren nicht nur anfänglichen heiligen Sonntags / ſondern auch gleich

zu der Zeit geſchehen/als ihr eurer Töchter eine an einen ehrlichen Hand-wercks-Mann verſprochen/und alſo ihr u. die Eurigen üm ſo viel grauſamer beſchimpffet worden / gleichwol aber ſolches alles von des Amtmann Kräutners Anſtifften lediglich herrühret/ an den Schinder hingegen und deſſen Knechte/als Blut-armen Leuten/ihr euch in nichts zu erhohlen/ſo seyd ihr zu Schützung eurer Ehren gewillet / vielgedachten Amtmann Kräut-nern dieſerwegen aeſtimatorie zu belangen / dannenhero ihr des Rechten von uns belehret ſeyn wollet/ ob ihr ſolches de iure zu thun befugt / und euren Ehren dadurch geholffen? ingleichen ob das eingelegte Klag-Libell zu Recht beſtändig / oder ob etwas dabey zu erinnern? ſonderlich auch ob? wo? und warum? heut zu Tage das eigenmächtige und ſelbſt-richterliche **Vorrücken des Schinder-Karns verbothen.**

Ob nun wol an dem/daß das Abdecken an ſich ſehr verächtlich / und ein Abdecker oder Feld-Meiſter faſt vor unehrlicher / als ein Nach-Richter/ und gar vor infam dem gemeinen Wahn nach gehalten wird/ *Richter. Dec. 8. n. 20 et 23.* auch die Scharff-Richter/wenn ſie das Abdecken/ wie insgemein geſchicht / zugleich treiben/ denenjenigen / ſo ihnen dißfalls Eingriff thun/ **den Schinder-Karn vor die Thür** / unter dem **Vorwand** / weil man ihnen die Haut / und den ſonſt zukommenden Gewinſt entzöge/ zuführen pflegen/ *Carpz. 6. Reſp. Tit. 10. Reſp. 102.* ihr auch des abgezogenen Kalb-Fells euch angemaſſet/ und es in euer Nebenhauß hängen laſſen/im übrigen die Obrigkeit nicht unbillig dahin ſiehet / daß niemand/ als wer zu dergleichen Arbeit verordnet/ ſich damit beſudele/ zumahl mit Verkauffung des Fleiſches von hingefallenen und heimlich abgedeckten Vihe/leicht andere gefährlich betrogen werden können/ daß demnach bey dem Amtmann Kräutnern kein Vorſatz euch einige iniurie zuzufügen geweſen/ und endlich / wenn ja wider ihn Klage erhoben/ und wegen des mit unterlauffenden Exceſſes etwas erhalten würde / dennoch eurer Ehre dadurch nicht gerathen zu ſeyn ſcheinet / indem doch der Eingriff in des Scharff-Richters Verrichtung/ und die daher entſtehende Macul einen Weg wie den andern bleibet.

Nichts deſtoweniger/ dieweil (1) das Abdecken an ſich keinen ſeines ehrlichen Nahmens verluſtig machen/und daher eines Abdeckers Sohn von ehrlichen zünfftigen Handwercken nicht ausgeſchloſſen werden kan/ *vid. Richter. d. dec. 8. n. 23.* (2) Die Gewohnheit auch/ daß der Scharff-Richter denen Leuten ſeinen **Karn vor die Thür** führet/ weder in den Rechten / noch in der geſunden Vernunfft gegründet/noch an einigen Orte zu verſtatten / wie *Carpz. d. l.* wol ausführet/ u. einen Nach-Richter genug ſeyn ſoll/ wenn er den ihm ſonſt ge-

wöhn-

wöhnlichen Lohn und Gewinſt erlanget/(3) eure Leute das hingefallene Kalb nicht ſelbſt abgedecket, ſondern durch den Hirten abziehen laſſen/ (4) ſolches alles in euren Abweſen/und alſo ohne euren Willen und Schuld geſchehen. (5) Amtmann Kräutner nicht ſelbſt eure Obrigkeit/und dergeſtalt gegen euch bloß wie eine andere Priuat-Perſon zu achten/daher derſelbe ſich üm ſo vielweniger mit einigem Schein des Rechten zu behelffen vermag. (6) Wenn ihr ſchon unter beſagtem Amtmann als ein Unterthan gehöretet/ ihm doch keinesweges gebühret hätte/ euch den Karn vor die Thür führen zu laſſen/ ſondern auf andere Weiſe nach Befindung der Vmſtände zu beſtrafen/ (7) über dieſes alles noch der gröſte Exceſs darzukommen/daß der Amtmann zu Bedeckung des Schinder-Karns/und damit dieſer deſto länger für eure Thür ſtehen bleibe/ eine Wache von zehen Mann/ nebſt dem Schinder-Knechte/ in ſeinem eigenen Hauſe unterhalten/aus welchem gantz unverantwortlichen Verfahren/zumahl wider einer andern Obrigkeit Vnterthanen/der animus iniuriandi unlaugbahr erhellet.

So halten wir dafür/daß bey ſothanen Vmſtänden ihr erwehnten Amtmann Kräutnern auf die Maſſe/ wie das in der Beylage enthaltene Libell eingerichtet/ iniuriarum zu belangen allerdiengs berechtiget/und mag die euch angethane iniurie durch den vor eure Thüre geführten und in die drey Wochen geſtandenen Schinder-Karn in Anſehung/ daß weder ihr noch jemand von den Eurigen/ ſondern der Hirte die Abdeckung verrichtet/ euren Ehren üm ſo vielweniger zu einigen Nachtheil noch Vorwurff gereichen. Auch ob ihr wol an dem Scharff-Richter und deſſen Knechte euch ihrer Armuth halber nicht erhohlen könnet/ſeyd ihr dennoch befugt/bey deren Obrigkeit um ernſte Beſtrafung der verübten Thätlichkeit gebührend anzuhalten V. R. W.

§. 7.

Antequam hoc caput finiam, licebit mihi cum venia humaniſſimi Lectoris quodammodo extra oleas vagari, et calliditatem cuiusdam, cui excoriator etiam vehiculum ſuum ante ianuas duxerat, memorare. Hic cum amici eius dolorem ſuum ob hanc rem declararent; ridebat, dicens: *Cras currus hic non amplius ante ianuas meas erit, et hoc ita efficiam, vt currum neque equi, neque alia animalia trahant, neque manus alicuius attingant.* Quomodo hoc eum feciſſe putas? Nempe noctu currui ignem ſubiiciebat, et eum penitus comburebat. Si hic vti in caſu §. anteced.

6. allato cuſtodes adfuiſſent, conſilium eius irritum fuiſſet; ſed quia nemo aderat, qui e"m impediebat, conſilium optime effectui dare poterat.

Caput VII.

De

Conſuetudine Opificum circa canes.

Summaria.

Conſuetudo opificum aſſeritur, per quam illum, qui canem interfecit, in collegium ſuum recipere nolunt. § 1.
Conſuetudo haec plane reiicitur. §. 2.
Confirmatur ſententia noſtra reſponſo JCtorum Lipſienſium. §. 3.
Conſuetudo qua opifices eum, qui canem furatus eſt, in collegium non recipiunt, approbatur, §. 4.
Laniones vſum et inſtigationem canum in pecudes pro munere virili exiſtimant, hinc non ancillae, ſed boetho artis dem Knecht hoc committere debent. §. 5.

§. 1.

Etſi variae conſuetudines reperiuntur, quae pro conſeruandis bonis moribus apud opifices ſunt introductae, et propterea omnem laudem merentur: nonnullae tamen contra bonos mores et adeo abſurdae ſunt, vt Magiſtratus omnem operam dare debeat, ne tales obſeruentur, aut ſi vſu obtineant, plane abrogentur. Vt ceteras, quae huc non ſpectant, (de quibus tamen videri poteſt *Richter. P. II. Dec. 80. et Ahaſuerus Fritſchius de collegiis opific. eorumque ſtatut. ac ordinat. cap. IV. pag. m. 34. ſeqq.*) ſilentio praetereamus, hoc loco tantum in medium proferimus malam, imo peſſimam iſtam conſuetudinem, qua illi, qui canem interficiunt, ſiue caſu ſiue ex neceſſitate, pro infamibus habentur, et a collegiis excluduntur, aut plane non admittuntur. In nonnullis locis bey den geſchenckten Handwerckern ita obſeruari teſtatur *Lindenſpür in Comment. ordin. Wurtenb. Tit. 55. n. 7.* quem hanc in rem allegat *Fritſchius d. l. n. 8.*

§. 2.

Verum nulla ſufficienti ratione haec conſuetudo nititur, quamobrem etiam neutiquam attendi debet. Nam licet opifices de collegiis ſuis

ſuis glorioſe haec verba vſurpent: Ihre Aemter und Zünfften müſſen ſo rein ſeyn/als wenn ſie eine Taube geleſen hätte. *Menius Part. III Dec.* 39. *n.* 1. *et Part. V. Dec.* 117. *n.* 1. haec tamen conſuetudinem illam peruerſam non confirmabunt, quia is, qui occidit canem, ne quidem *macula* multo minus *infamia* aliqua notatur. vid. *Zythander. a Bude* (cujus verum nomen eſt *Theodoſ.* Schöpffer/ vti patet ex edit, de Anno 1677. cui nomen praefixit) *de braxandi eidemque annexit iuribus Part. II. Cap.* 2. *n.* 20. ſecundum primam editionem, quae prodiit Jenae A. 1663. et ibid. *allegat.* Pfeil. *Conſil.* 143. Knipſchild *de iur. et priuileg. ciu. Imp. L. V. Cap.* 2. *n.* 75. *Beat. Cent. Sax. def. Tit.* 13. vbi aliquot huc facientia praeiudicia recenſet. *Add. Weber. Ars Diſcurr. p.* 719. et *ibid. adduct. Hermes in faſcicul. iur. publ. Cap.* 35. idem ſentit *Fritſchius l. alleg.*

§. 3.

Optime igitur JCti Lipſienſes Anno MDIL. ita reſponderunt: Hat ein junger Geſell des Handwercks ein Fleiſcher/im Schlacht-Hauſe an einem Rinde gearbeitet/dahinter ein Schwein gehangen/und wie er geſehen / daß ein Hund davon gefreſſen/ hat er dem Hunde wehren wollen/ und mit einem Meſſer/ ſo er in der Hand gehabt/nach ihm geſchlagen/ welches ihm aus der Hand gefahren/daß er den Hund darmit getroffen/davon er geſtorben: So mag ihm derohalben ſein Handwerck nicht gelegt/noch genommen werden/ ſondern bleibet des billig ohne Entgelt V. R. W. vid. *Beier. de eo, quod iuſt. eſt circ. carnif. etc. Cap. IX.* §. 2. *ſeqq.*

§. 4.

Melior tamen conſuetudo apud opifices obtinet, per quam eum, qui canem de platea ambulantem aut alibi furandi cauſſa intercepit, a collegio excludunt, aut in illud non recipiunt. Quoniam opificia debent eſſe honeſta: et nemo in ea recipi, qui aliqua macula laborat, ſecundum ſupra allatum prouerbium: die Aemter müſſen ſo rein ſeyn/als wenn ſie eine Taube geleſen hätte. Jam vero talem canem aufferendo perinde vt gallinam §. *Gallinarum* 16. *Inſt. de R. D.* furtum, quod infamiam parit, committit. vid. *Beier. Magiſt. prud. iur. opific. Cap. IV. n.* 120. *ſeqq.*

§. 5.

Laniones quantum ad canum vſum, exercitium et inſtigationem attinet, hoc munus virile atque ſuo officio peculiare exiſtimant.

Digitized by Google

Hinc Magiſter hoc non debet per ancillam expedire, ſed boetho artis• dem Geſellen oder Knecht/committere ſecundum *Dn. Beier. de inſtrum opific. cap. VII. §. 7 n. 307.*

Caput VIII.
De
Succeſſione ab inteſtato circa canes.
Summaria.

Vtrum canes ad agnatos ſucceſſores feudi, an ad heredes allodiales pertineant. §. 1.
Reſponſum ICtorum Jenenſ. hac de re adducitur. §. 2.
Numellae ſeu collaria catellorum mit Silber oder Metall beſchlagene Halß-Bänder ad geradam non pertinent, ſed ad heredes defuncti. §. 1.

§. 1.

Si dominus canum moriatur, et relinquat tam *agnatos* ſucceſſores feudi, quam *heredes allodiales*; canes non ad agnatos, ſed ad heredes allodiales pertinent ſecundum *Coler. P. I. Dec.* 101. *n.* 12. *et* Rohtſchütz *in Tractat.* von der Mitgifft/Leib-Geding *etc. Art. 25. de heredit at.* in verbis: Was alsdenn der Mann nach ſich hat gelaſſen/das nicht Lehn iſt/ und das nicht zum Gerade/ Morgen-Gabe und Mußtheil gehöret / woran das iſt/folget dem Erbe/als nemlich alles Geld/Silber und Gold/ und Gewand/das zu Weiblicher Zierde nicht gemacht ꝛc. Hunde/Katzen/ etc. Adde *Diſput. de iur. columbarum* vom Tauben-Recht *Anno* 1685. *Jenae ſub praeſid. Petri Mülleri habit. Cap. III. th.* 7.

§. 2.

Huius opinionis etiam fuerunt JCti Jenenſes, qui ab Ulrich und Hans Caſper von Gotthart Menſ. Septembr. Anno 1611. conſulti ita reſponderunt: Iſt den 4. Jun. jüngſthin euer Vetter Hans Chriſtoph Todes verblichen/und hat hinter ſich verlaſſen zwo leibliche Töchter. Ob nun gleich dieſelbe nicht allein von ihrem Vater an Erb-Gütern und barem Gelde ein ſtattliches/ſondern auch wegen des Ritter-Guts an Winter- und Sommer-Früchten ein groß Geträdig / vermöge der dieſer Lande üblichen Rechten/ bekom-

bekommen/ alſo daß ihr die Lehns-Erben nichts/ dann das bloſſe Feld u. Lehn zu empfahen: So ſeynd ſie doch das Ritter-Gut über Winter zu beſaamen/ denn Saamen dar zu geben und zu beſtellen/ oder die **Wind- und Jagd-Hunde** ꝛc. ohne gebührlichen Abtrag im Lehn zu laſſen nicht ſchuldig V. R. W. vid. *Strumi Obſeruat. feudal. ad Cap. XV. §. 8. pag.* 127.

§. 3.

Numellae ſeu collaria canum, mit Silber oder andern Metall beſchlagene Halß-Bänder/ iure Sax. ad geradam ſeu bona vtenſilia referri non poſſunt, hinc ſimiliter ad heredes defuncti pertinent, quemadmodum JCti Lipſienſes Menſ. Decembr. Anno 1615. in cauſſa der Bucheriſchen Erben pronunciarunt, verba ſententiae ſunt haec: daß die ungepollirten Granaten/ Chriſtallin-Stücke/ und der Hunde-Halß-Bänder mit Silber beſchlagen/ zur Gerade nicht gehörig/ ſondern den Erben billig verbleiben. *Carpz. Part. II. Conſt. XIV. Def. 42. n. 6. 7.*

Caput IX.

De

Praeſumtionibus nonnullis a canibus deſumtis.

Summaria.

Caſus ſingularis, vbi quis ex praeſumtione a cane deſumta, poena mortis affectus fuit. §. 1. ſeq.

An legitimum indicium Sodomiae cum cane ſit, ſi canis mulierem ex libidine proſternat. §. 3.

Indicium Magiae praebere ſi quis canes inſolite geſticulantes habeat, eosque magni faciat, ſtatuit Cruſius. §. 4.

Sententia haec reiicitur. §. 5.

§. 1.

PRaeſumtionibus in iure magnam vim tribui, adeo vt quandoque efficiant, vt homo torturae ſubiici poſſit, tam notum eſt, quam quod notiſſimum. Hinc non a re alienum putauimus, ſi in praeſenti capite de praeſumtionibus quibusdam a canibus deſumtis nonnulla diceremus. Memini autem, me quondam apud *Oldekoppium in ſuis cautioni-*

bus

bus criminalibus in Appendice exemplorum caſum quendam huc pertinentem relatum legiſſe, qui dignus eſt, vt hic ſub examen reuocetur. In templo alicubi nonnemo ſacrilegium commiſit, et tam vaſa argentea quam aurea una cum omnibus ceteris pretioſis furatus eſt, cum quibus rebus excesſit, et nil niſi canem in templo clauſum reliquit, qui perpetuo latratu ſuo incolas mouit, vt ianuam templi aperuerint. Hi cum canem deprehenderunt, ac omnia pretioſa ablata eſſe animaduerterunt; canem ſtudio dimiſerunt, et eum ſemper ſunt ſecuti, ſperantes, fore vt ad ſuum dominum reuerteret, id quod etiam factum. Hic igitur captiuus ducitur, et ſacrilegus exiſtimatur, quia putabant, ipſum canem ſuum ex obliuione aut ex feſtinatione, cum ſacrilegium commiſiſſet, in templo reliquiſſe.

§. 2.

Quaeritur igitur hic, an canis in propoſito caſu tantam praeſumtionem aut tantum indicium praebeat, vt herus eius propterea criminaliter quaeri posſit. Judex iſtius loci hanc praeſumtionem ad torturam decernendam ſufficientem eſſe putauit, in qua etiam herus canis confeſſus eſt, ſe ſacrilegium iſtud perpetraſſe; hinc tanquam confeſſus et conuictus vita fuit priuatus. Quid vero tibi, Lector beneuole, videtur, an Judex iuſte ita egit? Fatendum ſane eſt, praeſumtionem ex cane ortam magnam quidem, ſed hanc ſolam tamen non tantam fuiſſe, vt herus propterea torqueri potuerit. Nam (1) facile accidere poteſt, vt canis alicuius forte fortuito a cuſtode templi in eo claudatur. (2) Judex in alia indicia inquirere, et potuiſſet et debuiſſet v. gr. an res ſacrilegio ablatae apud eum inuentae fuiſſent ſecundum *Ordinat. Criminal. Caroli V. Art.* So der Diebſtall *XLIII.* quod ſi fuiſſet, nec ille nominare potuiſſet auctorem ſuum, a quo res iſtas emiſſet, tunc demum ad torturam progredi potuiſſet. Sed dum haec Judex iſte neglexit, euenit, vt herus canis innocens morte fuerit punitus. Poſt paruum enim temporis ſpatium verus ſacrilegus alibi propter furtum captiuus tenebatur, vbi confitebatur, ſe etiam ſacrilegium iſtud, propter quod herus canis vltimo ſupplicio affectus fuiſſet, feciſſe, et canem eius ideo ſecum duxisſe, ac in templo clauſiſſe, vt ſuſpicionem a ſe ipſo deuolueret, et herum canis ſuſpectum redderet. Hoc triſtisſimum exemplum diſcat Judices cautius et prudentius agere.

§. 3.

§. 3.

Si canis mulierem ex laſciuia proſternat; quaeritur, an hoc legitimam praeſumtionem faciat, feminam cum cane ſodomiam commiſiſſe. Caſum eiusmodi Chemnicii contigiſſe, ex *Diſſertat. Hiſtoric. de rebus memorabilibus vrbis perantiquae ac celebris Chemnicii ſub praeſ. M. Jo. Chriſtian Leonhard a David. Franck. Anno 1709. d. 14. Septembr. Lipſ. habit.* relatum legimus in *Novis Litterar. German. Anno 1709. Menſ. Novembr. pag. 440. ſeqq.* vbi hanc hiſtoriam ita referunt: Anno 1415. virgo e familia clarisſima diuitiisq; „ praeſtans rem habuit deteſtandam cum cane maiore Anglico, qui ali- „ quando eam publice in foro proſternens rem prodidit. Ad ignem „ condemnata: ſed erigendis quinque turribus in muris vrbis ſumtus „ praebens capitis poenam luit, in cuius rei ſpectaculum adhuc hodie ap- „ paret caput et gladius hic ipſis muris inſculptus. „ Sed utrum virgo iſta delictum hoc revera commiſerit, an potius in tortura nimio cruciatu mota tale quid confeſſa ſit, quod tamen nunquam fecit, meum hic non eſt disquirere; cum omnes et ſingulae circumſtantiae, quae ibi forte fuerunt, mihi non conſtent. Interim tamen hoc pro certo ac explorato habeo, tale indicium niſi alia ſimul adſint, non adeo firmum, ſed admodum fallax, imo fallacisſimum eſſe. Nam ipſe vidi quondam talem Anglicum canem, qui ex nimio libidine homines tam maſculini quam feminini ſexus deiicere ſtudebat, et talia agebat, quae melius tacita relinquuntur, quam vt dicantur. Quis autem hos ſodomiae reos exiſtimaret.

§. 4.

Indicium magiae praebere, ſi ſortilegii ſuſpecti canes inſolite geſticulantes vel praeſtantes iuxta ſe habeant, eosque vnice colant, magnique faciant, aſſerit *Chriſtoph. Cruſius de indic. delict. Part. II. Cap. 32. n. 97. 98. et ibid. alleg. Bodin. de daemon. pag. 537. et Remig. Lib. I. Cap. 23.* inter alia exempla ibi *Cruſius* etiam ex *Remigio* affert, Cornelium Agrippam cacodaemonem ſub nigri canis ſpecie quotidianum ſecum habuiſſe, et illo mortuo canem in vicinum amnem ſe praecipitaſſe. Verum indicium hoc eſt ridiculum et nullius momenti. Nam quae, qualis, aut quanta? Hic amat canes inſolite geſticulantes, ergo ſortilegii eſt ſuſpectus. Antea allatum exemplum de Agrippa nihil probat, (1) enim non omnia mendacia et fabulae qualis etiam haec forte eſt (nam in circumſtantiis Scriptores non conueniunt; et quis certo ſcit, canem iſtum reuera diabolum

Digitized by Google

fuiſſe) credendae ſunt, praeſertim cum conſtet, quod olim multi vir doctisſimi magiae inſimulati fuerint, qui tamen nunquam magi fuerunt Optime hac de re legi poteſt *Gabrielis Naudei Apologie pour tous les grand perſonages, qui ont eſté fauſſement ſoupçonnez de Magie.* (2) Sit ita, hanc narrationem de Agrippa eſſe veram; attamen a particulari ad vniuerſale non valet conſequentia. Manet igitur hoc indicium ineptum et ridiculum.

Caput X.

De

Cane occiſo.

Summaria.

Caſus lepidisſimus affertur. §. 1.
Caſus hic deciditur. §. 2.
Si canes ſeinuicem mordeant, et alteruter caalterum occidat, an tunc hero occiſi canis competat actio. §. 3.
Propter metum inſtantis periculi canis impune occidi poteſt. §. 4.

§. 1.

CAnes victum ſuum quaerunt, vbi inueniunt. Hinc culinas et domos laniorum ac piſtorum frequentant, vbi non inuitati veniunt, ac prandent, aut carnem et panem ſine pecunia emunt. Id quod tamen quandoque efficit, vt vita priuentur. Caſum lepidum alicubi contigiſſe, narrauit mihi non ita pridem vir quidam eruditus et Fautor multis nominibus colendus, qui propter iucunditatem ſuam huc apponi meretur. Nimirum canis aliquis domum piſtoris cuiusdam quotidie fere frequentat, ac panes ſecum auffert, animaduertens hoc piſtoris vxor, domino canis hoc indicat, illumque monet, vt canem domi retineat, addens ſi rurſus domum ſuam intraret, ſe aduerſus canem eiusmodi verba prolaturam eſſe, quae ipſi non placerent. Herus canis non animaduertens dolum feminae, hoc permittit, dicens, ſibi perinde eſſe poſſe, qualia verba in canem vellet euomere. Poſtea cum canis ſecundum conſuetudinem ſuam rediret, vt panem aufferret, vxor piſtoris illum domo expellebat, et ſimul eum vocabat canem rabidum, dum

dum ſaepius clamabat: De Hund is dull / de Hund is dull. Homines praetereuntes clamore feminae perteriti; canem reuera rabidum eſſe putabant, et hinc miſerum illum ſine vlla more interficiebant. En hic exemplum feminae aſtutae.

§. 2.

Sed vtrum femina iuſte ita egit, an herus canis actionem contra ipſam inſtituere poteſt? Femina quidem prima fronte videtur excuſanda, quia canem non interfecit, et licet hic occaſione clamoris, quem mulier excitauit, occiſus ſit; hoc tamen ipſam non videtur grauare, cum domino praedixerit, *ſe aduerſus canem eiusmodi verba prolaturam eſſe, quae ipſi non placerent*, id quod dominus approbauit et permiſit. Ergo imputet ſibi, quod hoc permiſerit: volenti enim non fit iniuria.

Sed his non obſtantibus dicendum eſt, herum canis occiſi ad damnum reſarciendum contra feminam agere poſſe. Licet enim mulier illa hero praedixerit, ſe aduerſus canem eiusmodi verba prolaturam eſſe, quae ipſi non placerent: tamen hoc illam nullo modo poteſt defendere. Nam quis cogitaſſet, illam tale quid molituram? Conuentiones autem ad incogitata nunquam trahuntur *per L. cum Aquiliana 5. et L. Qui cum tutoribus 9. π. de transact.* Si obiicis, canem tamen vxori damnum intuliſſe, et ideo ab illa occidi potuiſſe: ſciendum eſt, hoc neutiquam procedere; quia nemo propria auctoritate ſibi ius dicere debet, es darff niemand ſein eigen Richter ſeyn. Hinc vxor piſtoris *actione ſi quadrupes pauperiem feciſ. dic.* ad damnum reſtituendum agere non vero priuatam vindictam exercere debuiſſet. Firma igitur ſtat ſententia, quod herus canis contra vxorem piſtoris (non vero contra illos, qui canem occiderunt: nam hi extra culpam ſunt; cum clamore feminae ad hoc seducti ſint) ad poenam arbitrariam agere, ac pretium affectionis conſequi poſſit, quemadmodum in alio caſu ita pronunciarunt ICti Lipſienſes apud *Carpz. Part. IV. Conſt. 37. def. 8.* verba ſententiae ſunt: Hab ihr ein kleines Hündlein zu eurer Wolluſt gehalten/ welches Abraham Daume aus Muthwillen erſchoſſen etc. So wird er derowegen um ein neues Schock in Strafe genommen V. R. W. Quoniam ſexagenae mouae hic fit mentio; obiter et in tranſitu notandum; quod in Saxonia *ſexagena noua* ein neues Schock valeat ſexaginta groſſos Miſnicos, *antiqua* vero ein altes Schock viginti groſſos Miſnicos teſte *Dn. Bergero in Elect. Iprud. Criminal. Cap. I. §. 10. pag. m. 28. ſeqq.*

§. 3.

Si canes ſe inuicem mordeant, et alteruter alterum occidat: quaeritur, an hero occiſi canis competat actio *ſi quadrupes etc.* Probe diſtinguendi ſunt tres caſus, (1) ſi is periit, qui aggreſſus eſt, tunc ceſſat actio per *L. ſi quadrupes 1. §. cum arietes 11. π. ſi quadrupes pauperiem fec. dic.* Sed quomodo hoc probabitur? Probari hoc poteſt per teſtes, qui hoc viderunt, aut ſi forte hi non adfuerint, aut non obſeruarint, quis aggreſſus ſit; putarem ego, praeſumtionibus etiam hic locum eſſe, ita vt ſi v. gr. alter canis altero mordacior ſit, wenn der eine Hund böſer und beißiger iſt/ als der ander/ mordacior canis tam diu pro aggreſſore habendus ſit, donec herus eius contrarium probauerit: ſemel enim malus (*mordax*) ſemper praeſumitur talis *Cap. ſemel. 8. de R. j. in 6to.* (2) ſi is periit, qui non prouocauit, aut aggreſſus fuit, tunc datur actio *d. L. ſi quadrupes 1. §. 11.* (3) ſi autem interuenerit culpa tertii, qui forte canem in alterum incitauit, aut ferocem reddidit; tunc non aduerſus *herum* canis *actio; ſi quadrupes etc.* ſed contra *tertium* illum *actio L.* Aquiliae datur *d. L. 1. §. ſed etſi 6. π. ſi quadrupes etc L. item Mela 11. §. item cum eo 6. π. ad L. Aquil.* Confirmat hoc praeiudicium, quod apud *Hahnium* (licet alius caſus ibi ſit) *ad Weſenbec. Tit. ſi quadrupes etc. N. IV.* reperitur: Thut ſichs alſo in der That befinden/ daß drey Jungen hinter einen Brüll-Ochſen hergelauffen/ihn mit Steinen geworffen/angeſchrien/und vergrellet; darauf ſich bald begeben/daß er eine alte im Wege vorhergehende Frau niedergeſtoſſen/davon ſie den fünfften Tag hernach des Todes worden: So mag NB. dem Herrn des Ochſens dieſerwegen keine Schuld zugemeſſen werden / ſondern ſeynd die drey Jungen / welche den Ochſen irritiret / oder an deren ſtatt ihre Eltern die begehrte Artz- und Begräbnis-Koſten etc. zu entgelten / und darüber die Jungen/ wenn ſie des Alters und ziemlichen Verſtandes / mit achttägiger Gefängnis zu belegen. V. R. W.

§. 4.

Propter metum inſtantis periculi et ad ſui defenſionem canis impune occidi poteſt. Si quis enim hominem ad ſui defenſionem interficere poteſt, quidni canem? in iure *Saxon.* Landr. *Lib. 3. Art. 48.* optime ita conſtitutum eſt: Lähmet aber ein Mann einen Hund/und ſchläget ihn zu Tod / ſo er ihn beiſſen will / oder ſein Viehe auf der Straſſen/ oder auf dem Felde/ er bleibet es ohne Wandel.

Ca-

Caput XI.

De

Pauperie a cane facta.

Summaria.

Pauperies hoc loco ſumitur pro damno. §. 1.
Damnum a cane datum herus eius reſarcire, aut canem tradere debet. §. 2.
Quid iure Saxonico obtineat. §. 3.
Quid iure Suecico. §. 4.
Caſus, in quibus herus canis ſimpliciter ad damnum reſtituendum tenetur, nec traditione canis ſe liberare poteſt. §. 5.
Caſus, vbi herus canis ad damnum reſarciendum plane non tenetur. §. 6.
Concluſio huius libelli. §. 7.

§. 1.

Licet *pauperies* apud Latinos idem ſit, ac paupertas, vel inopia, vti patet ex verſibus, quos affert *Alciatus ad L. Aedificia 139. de V. S.*

Aedificare domos, multorum et paſcere ventres
Pauperiem in miſeram tuta frequensque via eſt.

Adde *Horatium Lib. 1. Epiſt. 1.* vbi ita canit:

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens per ſaxa, per ignes.

Hoc loco tamen *pauperies* Juridice ſumitur pro ſpecie damni a cane ſcil. dati, quam *Bachouius ad Treutler. de L. Aquil. th. 1. Lit. d.* ita dictam exiſtimat, quod faciat pauperiorem, vid. *Thomae Tractat. de Noxia Animal. Cap. 2.*

§. 2.

Si alterius canis nobis, aut animalibus, aut rebus noſtris proprio mortu et ſine hominis culpa damnum infert: aduerſus herum canis nobis competit *actio ſi quadrupes* etc. ad damnum vel eius aeſtimatione vel deditione canis reſarciendum, der Herr muß entweder den Schaden gut thun / oder auch den Hund hergeben / per *Pr. Inſt. ſi quadrup. pauper. etc.* inſigne profecto beneficium eſt, quod herus canis electionem habeat, vtrum aeſtimationem damni praeſtare, an canem pro damno dedere velit.

Si enim videt, damnum non eſſe alicuius momenti, poteſt aeſtimationem praeſtare, ſi vero damnum pretium canis longe ſuperet, canem ipſum tradere poteſt.

§. 3.

Jure Saxonico noxae ſeu canis deditio herum canis non liberat. Et tamen ei ſimilis expulſio ſeu dimiſſio canis, dummodo ea ſtatim fiat, poſtquam reſciuit damnum a cane datum. Hic expulſus canis pertinet ad eum, cui damnum intulit, vti patet ex **Landr.** *L. II. Art. 40. pr.* verbis: Wes Hund/ Eberſchwein/Beer/ Pferd/oder Ochs/ oder welcherley Thier es ſey / einen Menſchen tödtet / oder lähmet/oder ein ſolch Vieh das ander/ ſein Herr ſoll den Schaden gelten nach ſeinem rechten Wehr-Gelde / oder das todte Thier nach ſeinem Wehrt beſſern / ob er es wieder an ſein Gewehr nimmet/ nachdem er es erſt erfähret: ſchlägt er es aber aus/ und hauſet noch hofet es nicht / noch etzet und träncket es nicht / ſo iſt er unſchuldig an dem Schaden / ſo unterwinde ſichs jener vor ſeinen Schaden / ob er will etc. vid. *Carpz. Prax. Crim. quaeſt. CXXXI. n. 20. Strunii S. J. C. Ex. XIV. theſ. 14.*

§. 4.

Jure Suecico ſingulare quid obtinet, hinc non poſſum, quin verba prouti **in dem Schwediſchen Land-Recht** *Anno 1709. edit. Tit. V. Cap. 47. Pr.* ſonant, huc transferam: Hat ein Mann einen Hund/der Vieh beiſſet oder ander lebendiges Vieh von der Heerde/ beiſſet er eines zu Tode / ſo nehme derjenige/ dem der Hund zugehöret/ das Tode zu ſich/ und erſtatte dafür ein Lebendiges eben ſo gut: bleibt es nicht todt/ büſſe er den 4ten Part ſo viel als es wehrt iſt/ beiſſet er zum andern mahl / erſtatte er den Schaden /und darzu 3. Mck. in 3. Theil: und ſo offt er hernach Schaden thut / ſey die Erſtattung und Buſſe auf eben ſelbige Weiſe.

§. 5.

Diximus antea, in electione domini poſitum eſſe, vtrum damnum reſtituere, an canem ipſum tradere velit. Sunt tamen caſus, vbi dominus electionem hanc non habet, ſed ſimpliciter ad damnum reſtituendum tenetur. Inter quos refertur (1) ſi dominus neget, canem *ſuum* eſſe, et poſtea tamen conuincatur: tunc enim propter mendacium perdit beneficium noxae deditionis, *L. ſi quadrupes 1. §. interdum 15. ff. ſi quadr.*

Digitized by Google

quadr. pauper. fec. dic. Thomas in Tractat. alleg. Cap. XII. n. 22. ſeqq. (2) ſi herus *ſciuit* canis ferocitatem et mordacitatem, aut id *omiſit*, quod ad euitandum periculum facere potuiſſet, *id ibid. n. 3. ſeqq.* concurrit etiam hoc caſu actio ad pœnam criminalem extraordinariam ſecundum *Conſtitut. Criminal. Caroli V. Artic. 136.* Adde omnino *Stephan. ad d. Artic. 136.* vbi adducit Auctores, qui domino poenam capitalem dictitant, ſi homo in tali caſu ſit enecatus.

§. 6.

Superſunt adhuc nonnulli caſus, vbi herus canis ad damnum reſarciendum plane non tenetur. (1) Ceſſat *actio ſi quadr.* etc. ſi culpa *tertii* damnum datum ſit; tunc enim contra *tertium* iſtum datur *actio L. Aquiliae*, qua de re iam *in capite praeced. §. 3.* Praeiudicium ex *Hahnio* habuimus (2) ſi propria culpa quis damnum accipiat, *L. Hac actio 2. §. 1. ſi quadrup. Carpz. Prax. Criminal. quaeſt. CXXXI. n. 26.* Hinc is, qui v. gr. canem irritat, et ſic ab ipſo laeditur, non poteſt agere ad damnum reſarciendum. Nam quod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire, *L. Quod quis 103. π. de R. J.* (3) Si canis ante litem conteſtatam mortuus ſit per *L. 1. §. Plane 13. D. Si quadrupes etc.* niſi tamen reus fuerit in mora accipiendi iudicii *L. Electio vero. 26. §. Si is quem. 4. π. de noxal. act.* aut dolo ipſius, perierit, *arg. L. ſi bona fide 12. et L. Quotiens. 21. Pr. eod.* aut culpa, *arg. L. Si culpa. 63. et L. Qui petitorio. 36. §. 1. D. de R. V.* lata vel leui; non tamen ſi leuiſſima, ſecundum *Thomam de Noxia Animal. Cap. XIII. n. 9. ſeqq.* (4) Iure Saxonico ſi pecudem, quae pignorari ſeu capi nequit, canibus expellam, non obligatus ſum ad damnum reſarciendum, licet canes pecudam vulnerauerint, aut illam plane occiderint, ſecundum Landr. *L. II. Art. 40. verb.* Fretzet aber ein Mann ſeiner Nachbarn Korn ab/oder andere ihre Saat mit Schweinen/oder mit Gänſen / die man nicht pfänden mag / hetzt man ſie dann mit Hunden/und beiſſen ſie die Hunde zu tode/oder verwunden ſie / man bleibt es ohne Wändel und Schaden. Sed num requiratur, vt canes in ipſo agro momorderint, ea de re vid. *Thomae alleg. Tract. XXVI. §. 8. ſeqq.*

Digitized by Google

§. 7.

Verum nolo in hoc vltimo capite prolixior eſſe, cum materia haec ſatis nota ſit. Quamobrem finem facio, & beneuolum Lectorem, qui plura hac de re ſcire cupit, ad ſaepius *allegat. Thomae Tract. de Noxia Animal.* et ad Doctores, qui ad titulos, *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur,* commentati ſunt, remitto. Ceterum ſi forte, Lector beneuole, humani aliquid paſſus fuerim, pro humanitate tua illud excuſabis. Interim fauori tuo me humillime commendo, et Deo clementisſimo gratias maximas ago pro praeſtito auxilio.

Vale.

Errata.

Pag. 4. §. 4. lin. 9. in verbo *illuſtraret* deleatur *il.* p. 4. §. 5. lin. 4. pro *quam* lege *quantum.* p. 6. §. 12. lin. 5. pro *reſecarint* lege *reſecuerint.* p. 11. §. 3. lin. 12. pro *vt* lege *vbi.* p. 13. §. 4. lin. 4. pro II, lege 11. p. 14. §. 6. lin. 1. pro *hoc* lege *hac.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE